



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...**

Tractatus I. Prooemialis De Principiis communibus Doctrinae Moralis,  
Conscientia, Actu Humano, Et Peccato In Genere

**Sporer, Patricius**

**Salisburgi, 1713**

Caput II. De Actûs Humani natura, requisitis, & impeditivis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59488](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59488)

narum quippe mentium est, ibi etiam aliquo modo  
 culpas suas agnoscere, ubi culpa non est. Quia  
 saepe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Unde  
 etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus  
 ex culpa primi hominis factum est, ut esuriamus.  
 Hæc Sanctus Doctor. Non ergo locutus fuit de  
 culpa peccati propriè dicta. Denique ultra con-  
 scientiam scrupulosam, aliam assignant dictam fa-  
 tuam, vel hypochondriacam: & nihil aliud est,  
 quàm fatuitas mentis & delirium partiale, ex  
 pravo humore vel alia mala dispositione cerebri  
 proveniens, quâ homo in fatuos discursus & a-  
 ctiones prorumpit. Exempla nimis nota. Ve-  
 rum hæc ex Theologia ableganda est ad Scholas  
 Medicorum.



CAPUT I.

DE

ACTUS HUMANI

Natura, Requisitis, & Impeditivis.

SUMMARIUM.

1. Actus humani Descriptio.
2. Actus humanus, liber, moralis, in re coincidunt, & fa-  
 lum diverso respectu differunt.
3. Debet esse actus creatura rationalis.
4. Ad actum humanum quatuor requiruntur.

ASSERTIO I.

**A**ctus humanus est Actus creaturae rationalis. i

L 3

lis,



*lis, cum ratione liber.* Facilis descriptio  
coincidit cum aliis communiter assignatis.

## §. I.

**A**ctus humanus, actio, operatio humana  
pliciter dici potest. I. Latissimè actus  
manus dici potest omnis actio, quæ fit ab homine  
sive propria ea homini sit, sive communis  
brutis: ut comedere, bibere, ambulare & ex  
naturæ impulsu. II. Magis propriè, actus  
manus dicitur omnis actio, quæ fit à solo ho-  
mine, ut loqui, ridere, intelligere, velle &c.  
ideo solent vocari *actus hominis*. III. Propriè  
in proposito, actus humanus dicitur, qui fit  
homine, ut homo est, seu modo homini proprie  
nimirum ex prævia deliberatione, & libera  
electione. Quâ ratione actus puerorum & im-  
maturorum, etsi fiant ab homine, non tamen dicuntur  
actus humani, quia non fiunt ab homine, ut  
modo est, rationis & libertatis actu compositi  
deliberationem, ac liberam electionem.

## §. II.

**A**ctus humanus, Actus liber, Actus  
re ipsa coincidunt: & solum differunt  
sâ ratione vel respectu. Actus enim humanus  
dicitur, quatenus est proprius hominis, non  
quoad substantiam, quàm quoad modum operandi  
homini proprium, scilicet ex deliberatione &  
electione, ut jam dictum est. Actus liber dicitur  
quatenus procedit à principio operandi



differenti ad agendum, vel non agendum, positis omnibus ad agendum requisitis. Adeoque libertas actus consistit in respectu ad voluntatem liberam, atque ita indifferentem ad agendum & non agendum. *Actus moralis* dicitur, quatenus procedit à principio morali, scil. regulabili per regulas rectæ rationis: idèoque moralitas actus consistit in *regulabilitate per rectam rationem*: quæ dicit respectum ad voluntatem liberam, & ulterius ad intellectum, quatenus per regulas rectæ rationis est regulativus, seu directivus voluntatis in suis actionibus. Vides hæc omnia in re coincidere. Jam cape descriptionem, datam.

§. III.

**A**ctus *Creaturae rationalis*. Actus enim illi, qui in homine dicuntur *humani*, reverà conveniunt omni rationali creaturæ, etiam Angelis: quorum proinde actus volumus comprehensos. *Cum ratione*, id est præviâ cognitione, & deliberatione intellectus secundum regulas rectæ rationis. *Liber*, qui scilicet positis omnibus ad agendum requisitis possit liberè fieri, vel non fieri; cuius proinde absolutè dominus sit, in eliciendo, continuando, vel omittendo, abrumpendo. Unde ab aliis definitur *Actus humanus, qui ex deliberatione liberè fit: cujus homo per liberam electionem dominus est: nec malè ab aliis: esse actus hominis voluntarius & liber, vel omissio ejus.*



## §. IV.

4 **O**Mnes autem consentiunt cum S. Thom. 2. q. 1. a. 1. ad actum humanum quatenus requiri. Ut conveniat homini quatenus homo ut dictum est. Ut sit sub dominio seu potestate hominis. Ut fiat cum ratione seu prævia cogitatione & deliberatione. Ut fiat à libera voluntate. Conformiter, quatuor præcipue hoc capite applicanda sunt. 1. Principium Actus humani scil. Liberum arbitrium obiter tangendum. 2. Ratio seu cognitio requisita ad actum humanum. 3. Voluntarium ac liberum requisitum ad actum humanum. 4. Impedientia illud voluntarium & liberum requisitum ad actum humanum.

## SECTIO I.

*Principium Actus humani, liberum Arbitrium, obiter tangitur.*

## SUMMARIUM.

5. Datur in homine liberum arbitrium
6. Idque formaliter est ipsa sola voluntas hominis.
7. Libera tam quoad exercitium.
8. Quam quoad specificationem.

## ASSERTIO II.

5 **D**atur in homine liberum arbitrium, formaliter est ipsa voluntas libera; quoad exercitium quidem quoad omnia objecta bona vel mala particularia tantum. Assertio hæc copulativa ex Philosophia & Theologia petita breviter tibi quantum opus habes, insinuanda est.



## S. I.

**D**atur in homine liberum Arbitrium. Definitur à D. Augustino l. 2. de Peccatorum meritis. *Facultas innata animæ rationali, quâ homo potest eligere unum præ alio, vel unum idemque acceptare, vel non acceptare.* Hoc est. Intellectualis substantiæ potestas, positis omnibus ad agendum requisitis agendi, vel non agendi. Afferitur verò contra Hæreticos ab omnibus Orthodoxis. De fide. Definita in variis Conciliis, etiam novissimo Tridentino sess. 6. can. 6. Probatur I. Ex Scriptura Num. 30. *In arbitrio viri erit, ut faciat, sive non faciat.* Deut. 30. *Testes hodie invoco cælum & terram; quod proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas, & diligas Dominum Deum tuum.* Josuæ. 24. *Optio vobis datur: eligite vobis, quod placet.* Eccles. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. Adjecit mandata, & precepta sua. Si volueris mandata servare, conservabunt te. Apposuit tibi aquam & ignem; ad quod volueris, extende manum tuam, &c.* Et in nova Lege. Luc. 9. *Si quis vult venire post me &c.* 1. Cor. 7. *Quod vult, faciat, non peccat.* Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens voluntatis suæ, & hoc judicavit in corde suo servare virginem suam, bene facit, &c. Quid clarius? II. Ultra Auctoritatem omnium SS. Patrum, quos late recitat Bellarminus *De gratia & libero Arbitrio*



trio. l. 4. c. 6. Ratione communiter assignata  
 iisdem Patribus, & Doctoribus. Quod si  
 homo careret libero arbitrio, quo pro libitu  
 set agere, & non agere, sed omnia ageret neces-  
 sitate naturali, frustra essent omnes leges & p-  
 cepta, admonitiones, consilia, quibus tamen  
 na sunt sacra Volumina, & utraque Jura. Ne-  
 homo actibus suis bonis præmium, neque acti-  
 malis poenam mereretur, neque ob ullum de-  
 ctum justè puniri posset: quæ omnia sunt ab-  
 da. Sequela patet. Quia frustra præcipitur,  
 prohibetur, aut consulitur, ut fiat, vel non fiat,  
 quod vel necessario fit, & non potest non fieri,  
 vel necessario non fit, ut non possit fieri. Ne-  
 ullus meretur laudem vel præmium ob factum  
 quod non potuit non facere, neque justè puni-  
 potest ob factum, quod non potuit non facere  
 &c. Denique efficacissimè argumentaberis,  
 proterve negantem libertatem hominis, tam-  
 bene fustiges, donec fateatur te habere libera-  
 arbitrium, & pro libitu posse cedere, vel non ce-  
 dere, adeoque à cædendo cessare.

## §. II.

**L**iberum arbitrium formaliter est ipsa soluta  
 luntas hominis. Communis DD. cum Sc-  
 to in 2. d. 25. & alibi, Ratio sumitur ex data de-  
 finitione liberi arbitrii, Sacra Scriptura citatis lo-  
 cis, & SS. Patribus: Ubique enim liberum arbi-  
 trium tribuitur voluntati, & explicatur per actus  
 voluntatis, utpote. *Velle, eligere, acceptare,* &c.



velle &c. Et clarissimè Augustinus. *l. de Eccles. dogmatibus. c. 2. Liberum arbitrium est voluntas rationalis.* Quanquam verò liberum arbitrium formaliter sit ipsa voluntas, non malè tamen ab aliis radicaliter constituitur in intellectu, quatenus nimirum ipsa voluntas in liberè volendo necessariò pender à certa propositione intellectus, ut mox videbis. n. 7. & 8. Intellectus ergò, secundum se quidem potentia naturalis, necessariò tendens in objectum sufficienter propositum, quemadmodum visus in applicatum coloratum, attamen comparatus ad voluntatem, denominatur liber duplici respectu. Primò *radicaliter*, quatenus voluntas in liberè volendo dependet ab ipso, ut modò dictum est. Secundò *participativè*, quatenus ipsemet in operando hinc & nunc subest imperio, motioni, & applicationi voluntatis. Ex. gr. Ut voluntas liberè amet Deum super omnia, necessariò intellectus prius proponit Deum, ut summum Bonum super omnia amandum. Quòd verò intellectus hinc & nunc hoc objectum potius, quàm aliud consideret, aut quòd contra naturalem rationem credat, & firmiter assentiatur Deum Unum in Essentia, & Trinum in Personis, opus est imperio, motione, vel applicatione voluntatis. Et hanc ratione actus intellectus (quemadmodum & aliarum potentiarum) à voluntate participativè fiunt liberi, morales, boni, mali, meritorii, demeritorii, ut in sequentibus amplius intelliges.



## §. III.

7 **Q**uoad exercitium, &c. Libertas exercitii dicitur potestas voluntatis indifferens ad agendum, & non agendum positis omnibus ad agendum requisitis. Unde dicitur etiam libertas *indifferentionis*: quia est indifferentia ad duo contradictoria, scilicet *agere, non agere: velle, non velle*. Atque hanc libertatem habet homo pro se ipso in statu quoad omnia prorsus objecta, tam ipsam salutem, quam media quæcunque. Quia nimirum nullum omninò objectum in hac vita tam necessariò apparet prosequendum, ut consilio actus circa illud non etiam aliquam rationem boni habeat. Quin ipsam etiam beatitudinem in hac vita, nec libet, nec expedit semper actu petere.

## §. IV.

8 **Q**uoad specificationem &c. Libertas *specificationis* dicitur indifferentia voluntatis, & potestatis positis omnibus ad agendum requisitis, potestatis agere, vel oppositum agere, seu hunc, vel alium contrarium actum exercere circa idem objectum, unde etiam dicitur libertas *contrarietatis*: Quia est ad actus *specie* diversos, & positivè *contrarietatis*. Ut: *velle, nolle; amare, odisse; consentire, dissentire, &c.* Atque hanc libertatem habet homo circa omnia objecta bona & mala particularia tantum. Quia nec ullum est particulare objectum quod homini in hac vita adeò bonum appareat, non etiam in eo reperire, & intellectus proponere possit aliquam rationem mali: Quin etiam



psum Deum in se undequaque optimum & infinitè bonum, respectivè ad operantem, homo apprehendere potest ut malum sibi, quatenus pœnam infligit, concupitis obstat: atque eâ ratione odisse, prout defacto oderunt damnati. Neque è contra ullum objectum in hac vita adeò undequaque malum apparet, ut non etiam in eo intellectus reperire possit aliquam rationem sibi boni, vel convenientis. Quin ipsa privatio boni particularis, v. g. mors propria vel aliena, ob certam rationem, puta, quia majori malo apprehenso liberat, aut inimicum tollit, bona & appetenda judicari, & defacto appeti potest. Non autem habet hanc specificationis libertatem homo circa bonum & malum ut sic, seu circa ipsam felicitatem & miseriam in communi conceptam. Uti docet *communis DD. cum S. Thoma. 1. 2. q. 10. art. 2.* Ratio est: Quia objectum adæquatum voluntatis, volentis quidem est bonum, seu conveniens: nolentis autem, est malum, seu disconveniens, juxta illud D. Dionysii c. 4. de divin. nomin. *Nemo intendens ad malum operatur. Et: Nemo sponte est miser.* Et tritum est illud Augustini: *Beati esse volumus; miseri autem esse nec volumus, sed neque velle possumus:* Atqui in bono, seu felicitate ut sic, non reperitur ulla ratio mali, neque in malo, seu miseria ut sic reperitur illa ratio boni: ergo voluntas circa illa non est libera quoad specificationem, ut possit etiam nolle bonum, vel vel. e malum ut sic: sed si circa tale objectum agere velit, quoad specificationem necessita-



fitabitur ad tantum *volendum* bonum seu felicitatem, & quocunque objectum propositum sola & præcisâ ratione boni v. g. beatitudinem æternam: & tantum *volendum* malum seu miseriam, & quocunque objectum propositum sola & præcisâ ratione mali, v. g. damnationem vel ipsum peccatum formaliter.

## SECTIO II.

*Ratio seu Cognitio requisita ad Actum humanum.*

### SUMMARIUM.

9. Ad actum humanum requiritur advertentia ad ipsum actum; &
10. Cognitio omnium ad eum, quâ talis est, concurrentium utpote objecti, & circumstantiarum;
11. Ac insuper aliqua deliberatio.
12. Quæ aliud non est, quam discursus intellectus, formalis vel virtualis.
13. Et, saltem ut bonus esse possit, iudicium practicum honestate eius.

## ASSERTIO III.

**A**D Actum humanum moraliter bonum vel malum requiritur advertentia ad ipsum actum; cognitio omnium ad eum, quâ talis est, concurrentium; aliqua deliberatio, formalis, vel virtualis; & denique, saltem ut bonus esse possit, iudicium practicum de honestate actus. Certa apud omnes.

### §. I.

**R**equiritur advertentia ad ipsum actum.



actus humanus debet esse in pleno dominio & potestate operantis ; Sed nullus actus potest esse in dominio & potestate operantis , ut nimirum eum elicere , vel non elicere , continuare , vel abrumpere possit , nisi advertat ad ipsum actum : unde primæ intellectus cogitationes , & motus primò primi , qui ex sola apprehensione objecti , absque ulla sui advertentia in voluntate , vel appetitu sensitivo exurgunt , ut iræ , delectationes &c. non possunt esse actus humani , nec liberi , nec boni , nec mali moraliter , secundum omnes : ergo ad hoc requiritur advertentia ad ipsum actum , ut nimirum quis sciat , vel advertat se saltem actum , bonum , malum , elicere vel habere . Quia autem non potest cognosci actus bonus vel malus , nisi per ordinem ad objectum & circumstantias , hinc

§. II.

**R**equiritur Cognitio omnium ad eum actum , quæ talis est , concurrentium , utpote objecti , & circumstantiarum . Ratio est evidens . Quia actus humanus debet voluntariè tendere in objectum , adeoque objectum debet esse volitum , & consequenter præcognitum ut tale , scilicet ut affectum his circumstantiis , in quantum ad actum humanum , bonum vel malum concurrat : Alioquin quâcunque ratione aliquid ad actum concurrans non est cognitum , nec consequenter volitum , eadem ratione actus non erit voluntarius , nec consequenter humanus , bonus vel malus . Exemplo id manifestum fiat . *Titius occidit Patrem*

10

item



rem gladio. Ad hoc ut actus iste parricidii sit  
 manus & voluntarius, debet imprimis cognitus  
 esse objectum, ut nim. sciverit esse hominem  
 quem percutit, & non invincibiliter putaverit  
 feram. Deinde debet cognita fuisse circums-  
 tantia illa *quid*, nim. illum hominem, quem  
 percutit, esse patrem suum, & non invincibiliter  
 putaverit esse alium hominem, v.g. inimicum suum.  
 Tertio debet esse cognitum instrumentum, ut  
 se gladio percutere, & non inculpate putare  
 baculum, nervum, arundinem &c. Alioquin  
 primo, occisio erit, non homicidium; in secundo,  
 homicidium erit, non parricidium; in tertio,  
 percussio tantum, & nulla occisio erit voluntaria  
 vel actus humanus. Atque hæc quidem cog-  
 nitio objecti & circumstantiarum jam sufficiens  
 ad actum humanum, si illorum bonitas vel malitas  
 semper clarè & distinctè proponeretur sine  
 mixtione oppositi. Et hinc

## §. III.

11 **R**equiritur deliberatio. Ratio iterum est, quod  
 actus humanus debet tendere in objectum  
 ut practicè cognitum secundum suam bonitatem  
 vel malitiam: ( nihil enim volitum, nisi practicè  
 cognitum ) Atqui non potest practicè cognitum  
 operabile secundum bonitatem vel malitiam  
 absque aliqua deliberatione: quia, ut *supra* in  
 §. indicatum est, nullum objectum particulare  
 homini in hac vita proponitur & apparet ita  
 ex parte bonum, adeoque hic & nunc necessarium  
 prosequendum, si felix esse velit, quin simul



pareat admixta aliqua ratio mali: & è contra v. g. intellectus in objectis virtutum proponit quidem rationem boni honesti, propter quam appetenda sunt, simul tamen mox reperit rationem aliquam mali, utpote molestiæ, difficultatis, contrarietatis ad appetitum &c. propter quam fugienda videantur. Similiter in objectis vitiorum, proponit sanè rationem mali inhonesti, seu turpitudinem & reatum, propter quam rationem fugienda sunt: at occurrit simul aliqua ratio boni convenientis, scilicet utilis vel delectabilis &c. propter quam rationem amplectenda videantur: quare tunc humanæ rationis officium est, conferre utrinque rationes convenientiæ & inconvenientiæ, & sic *deliberare*, quid cui in operatione præferendum sit: Et sic ergo, ad actum humanum, ut voluntarius fiat, bene vel malè, requiritur *deliberatio aliqua, formalis, vel virtualis.*

Explico.

*Deliberatio*, vel consultatio nihil aliud est, 12  
quàm discursus intellectus de re quapiam agenda, vel non agenda, considerando rationes in utramq; partem, ut jamjam exemplificatum est. *Formalis* quidem, & explicita his ferè actibus absolvitur. 1. Est apprehensio simplex objecti *furti* v. g. ejusque alicujus bonitatis, vel malitiæ, puta, esse bonum utile, at malum inhonestum. 2. Est consultatio velut speculativa: sitne absolute objectum illud, *furtum*, censendum potiùs bonum vel malum, (hic stat dubium speculativum, sive deinde sequatur, sive non sequatur resolutio

THEOL. MORAL, PARS I. M ejus



eius speculativa juxta dict. cap. I. Sect. 4. (12.) 3. Est consultatio practica; sitne objectum  
 lud, *furtum*, mihi hîc, & nunc amplectendum,  
 rationes bonitatis, an fugiendum potius ut  
 ob rationes malitiæ propositas ( hîc stat dubium  
 practicum ) 4. Denique vi Synteresis, ratio  
 ethicè concludit, furtum omittendum esse, ut  
 pliciter malum, quæ conclusio, seu dictamen  
 ethicum est ipsa recta conscientia. Ejusmodi  
 tem deliberatio formalis & explicita, secundum  
 omnes prædictorum actuum differentias, quæ  
 vis sæpe fiat, non tamen semper necessaria est  
 frequenter sufficit deliberatio *virtualis* & im-  
 cita; ut dum quis factâ apprehensione objecti  
 ni vel mali, ob evidentiam rei, vel acumen in-  
 tûs, aut bonam dispositionem voluntatis,  
 Synteresi, absque alio discursu statim concludit  
 hoc bonum agendum, hoc malum fugiendum  
 &c. vide dicta c. I. sect. I. Et hinc

## §. IV.

13 **D**enique, saltem ut bonus esse possit actus  
 manus, requiritur *judicium practicum*  
 honestate actûs: quo nimirum intellectus post  
 liberationem, in utramque partem practice  
 cludat hîc & nunc, hoc esse bonum, vel licitum,  
 hoc malum, vel illicitum. *Ratio pater.* Quia  
 que illo *judicio practico*, stante adhuc delibe-  
 ratione, intellectus maneret practicè dubius,  
 dubio autem practico de honestate actûs,  
 potest fieri actus bonus, sed semper fit actus  
 lus, juxta dicta c. I. sect. 4. Atque hinc in-



ges, quid fit deliberatè, vel ex deliberatione agere, bene vel malè. Deliberatè enim agere dicitur, qui ex prævia deliberatione de re agenda, vel non agenda, consideratis rationibus in utramque partem, atque formato iudicio practico conscientia, quid hîc & nunc fieri conveniat, operatur: & siquidem operatur juxta formatum iudicium, dicitur agere deliberatè bene, & ex deliberatione: si verò contra iudicium agat, dicitur agere deliberatè male, at non ex deliberatione: si absque deliberatione, vel iudicio practico agat, dicitur agere imprudenter, & plerumque malè. Hæc latius explicabimus, & applicabimus *infra de peccatis præsertim c. 5. & 6.* Itaque postquam intellectus practice, factâ deliberatione, conclusit, aliquid agendum, vel non agendum, ut bonum vel malum conveniens, vel disconveniens ad propositum finem, manet in arbitrio, & libera potestate voluntatis, illud bonum propositum acceptare, vel non acceptare, aut etiam acceptare oppositum malum inconveniens, interim tamen etiam ab intellectu sub aliqua alia ratione boni convenientis, utilis, vel delectabilis propositum: quin etiam ipsa voluntas intellectum movet, & impellit ad rationes in oppositum excogitandas, ponderandas, & secundum illas contrarium sibi favorabile vel delectabile iudicandum, ut monet etiam,

*Layman, hicl. 1. Tract. 2.*

6. 2.

M 2

SE.



## SECTIO III.

*Voluntarium ac liberum requisitum ad Actum humanum.*

## SUMMARIUM.

14. Explicatur voluntarium, & volitum.
15. Voluntarium imperfectum, & spontaneum.
16. Voluntarium perfectum, ac liberum.
17. Cui contradictorie opponitur: non liberum.
18. Liberum à coactione, & necessitate.
19. Actus humanus debet esse voluntarius, & liber  
citer.
20. Voluntarium elicitum, imperatum, imputatum.
21. Voluntarium actuale, virtuale, habituale.
22. Digressio utilis bene notanda.
23. Voluntarium directe & indirecte.
24. Quae requirantur ad voluntarium indirecte.
25. Quando committatur peccatum indirecte voluntarium.
26. Voluntarium expressum, & tacitum.
27. Quando verum sit illud (qui tacet, consentire videtur).
28. Corollaria ex dictis.

## Explicatio Terminorum.

## §. I.

*Voluntarium & Volitum.*

- 14 **V**oluntarium proprie (effectivè dicuntur) dicitur omne id, quod à voluntate procedit, seu quod ideo fit, quia voluntas aliquo modo vult, vel velle censetur. *Volitum* autem (voluntarium objectivè vocant alij, minùs proprie) dicitur omne voluntatis objectum, ad quod scilicet actio aliqua terminatur, sive deinde à voluntate cedat, sive non. Sic Deus ipse, serena aura, bonum vinum &c. *volita* nobis sunt maxime: nempe non proprie dixerit *voluntaria*. Quia nulli



o à voluntate nostra procedunt. *Voluntarium* ergo secundum vocem quidem, soli homini voluntate prædito proprium, quoad rem ipsam dividitur in imperfectum, prout idem est ac spontaneum, & perfectum ac liberum.

§. II.

*Voluntarium imperfectum, & spontaneum.* 15

*Spontaneum* hominibus, brutisque commune, Sin homine dictum *voluntarium imperfectum*: definitur ab Aristotele. 3. Ethic c. 1. esse id, *cujus principium est in agente cognoscencie singula, in quibus est actio.* Duo ergo essentialiter requirit. Unum, ut fiat, seu procedat à principio intrinseco ipsius agentis, & non ab aliquo extrinseco, adeoque excludat omnem externam vim vel coactionem. Si enim ab alio violenter movearis, traharis, impellaris, nõ erit tibi motus iste voluntarius vel spontaneus. Alterum est, ut etiam fiat ex prævia cognitione singulorum ad talem actum concurrentium: utpote objecti, finis, ac aliarum circumstantiarum: ut jam supra num. 10. explicatum fuit.

Voluntario ergo & spontaneo sic explicato, contradictoriè opponitur *non voluntarium, non spontaneum*: quod dicitur omne id, quod alicui fit eo non volente, seu ad id sponte, & ab intrinseco non cooperante: adeoque convenit cuicumque rei, etiam irrationali & insensibili. Verè enim lapis *non voluntariè, non spontaneè* projicitur sursum. Contrariè verò opponitur *involuntarium, involuntum, coactum, violentum*: quod est omne id, quod



quod alicui fit renitente voluntate, appetitu, & inclinatione ejus. *Involuntarium* proprie conuenit soli homini: *Inuitum & coactum* solis cogitantis & appetentibus etiam brutis: *violenter* etiam, & proprie rebus inanimatis. Omne *involuntarium &c.* est etiam *non voluntarium* non è contra quodvis *non voluntarium*, est etiam *involuntarium*, etiam in eodem homine. Ut fit, ut omnis actio hominis necessariò fit aut *voluntaria*, aut *non voluntaria*, non item aut *voluntaria*, aut *involuntaria* ex.g. Turpis *involuntaria* absque omni advertentia excitatus in parte *involuntaria*, est *non voluntarius*: Quia nihil voluntarium, nisi præcognitum: sed neque etiam ad hoc *involuntarius* positive, quia incognito non potest voluntas resistere. Erit autem *involuntarius*, si per advertentiam renitente, & nolente voluntate procederet. Applici, si nôsti differentiam inter album & non album, & nigrum: doctum, non doctum, & stultum &c.

## §. III.

*Voluntarium perfectum, ac liberum.*

16 **D**icitur, & est id, quod à principio operis intrinseco, ex prævia cognitione ita fit, ut tamen positis omnibus ad agendum requisitis possit etiam non fieri, vel ejus oppositum fieri: ideòque ultra duo requisita ad voluntarium perfectum seu spontaneum, ut scilicet fiat à principio intrinseco, & ex prævia cognitione, tertio requisitum est indifferentiam sui principii ad agendum, vel



agendum, aut etiam oppositum agendum, positis omnibus ad agendum requisitis. Seu, quod idem est, requirit libertatem exercitii, & specificationis: quam explicatam habes supra num. 7. & 8. v. g. proposito vino liberè vis bibere: quia potes etiam non velle, aut ob causam nolle.

Voluntario perfecto ac libero modò explicato, 17  
contradictoriè opponitur *non liberum*, quod scilicet non fit à principio ita indifferenti, ut positis omnibus ad agendum requisitis possit fieri, & non fieri: adeoque convenit omni rei, sicut *non voluntarium* supra. Contrariè verò eidem opponitur *necessarium*, seu naturale: & est id, quod à suo principio, positis omnibus ad agendum requisitis, naturæ ordine necessariò fit, ita ut non possit non fieri: uti suas actiones omnium causarum naturalium, non tantùm inanimatarum & irrationaliù, ut ignis, brutorum &c. sed etiam in homine actiones potentiæ vegetativæ & sensitivæ, sensuum externorum, & internorum, atque etiam ipsius intellectus: intellige secundùm se, & quatenùs ab illis potentiis elicitive procedunt: Nam quatenùs subìunt imperio libero voluntatis, libertatem participant, non quatenùs sunt actus eliciti suarum potentiarum, sed quatenùs fiunt, & sunt actus imperii à voluntate: ut infra magis intelliges.

§. IV.

*Liberum à coactione, & à necessitate.*

**L**iberum à coactione dicitur, quod fit à principio intrinseco, & prævia cognitione, seclusâ 18

M 4

clusâ



clusâ solum vi, vel violentiâ extrinsecâ, & hoc  
 incidit cum spontaneo. Liberum à necessitate  
 citur, quod fit à principio intrinseco & prævia  
 gnitione, seclusâ etiam necessitate naturali, in  
 licet, ut positis omnibus ad agendum requisitis  
 non necessariò debeat fieri, sed fieri vel non  
 possit. Et est ipsum liberum perfectum modo  
 præ positum. Aliter Authores. Aliud vocant  
 ram simpliciter, scilicet à necessitate nature,  
 quo modo diximus; aliud vocant liberum  
 dum quid, & à necessitate legis tantum, illud  
 mirum, quod sub nulla obligatione legis est  
 licitè agi vel omitti potest uti cælibatus, pro  
 Religionis; & alia quæ de consilio, seu opera  
 erogatoria vocantur.

#### ASSERTIO. IV.

19 **A**ctus humanus debet esse voluntarius &  
 simpliciter, non tantum à coactione seu  
 lentia extrinseca, sed etiam à coactione, seu  
 minatione intrinseca ad necessariò agendum,  
 ris omnibus ad agendum requisitis. Unanimi  
 ctorum Catholicorum, ac SS. Patrum. Quia  
 à Pio V. & Gregorio XIII. in speciali Bulla,  
 nantur hæ propositiones ut hæreticæ: *Quod  
 luntariè fit, etiamsi necessitate fiat, liberè tam  
 Et: Sola violentia repugnat libertati hominis  
 turali.* Ut meritò olim censuerit D. Thomas  
 da malo. a. un. *Hereticè esse, non solum apud  
 logos, sed etiam apud Philosophos, dicere, ad  
 ram electionem, seu actum humanum, non repugnare  
 libertatem à necessitate.*



## E X P L I C A T I O.

**R**atio patet ex ipso nomine & notione actus humani. Omnium enim sensu & consensu actus humanus dicitur, quod sit ita proprius homini, ut sit in ejus libera potestate ac dominio, quod fiat, vel non fiat, duret, vel non duret: atqui ad hoc necessariò requiritur, ut sit voluntarius, & liber simpliciter, non solum à coactione, sed etiam à necessitate: quod si enim actus, positus ad agendum requisitis, necessariò fiat, ut non possit non fieri, sicut fit calefactio ab igne, visio ab oculo aperto &c. jam non erit in libera potestate, & dominio hominis, ut fiat, vel non fiat: ergo &c. Hic commodè explicandæ veniunt voluntarii ac liberi variæ divisiones ad praxin, & varios casus resolvendos admodum necessariae.

§. I.

*Voluntarium elicitum, imperatum,  
imputatum.*

**V**oluntarium *elicitum*, seu actus voluntatis 20  
elicitus, dicitur omnis actus voluntatis, ex  
prævia cognitione, ab ipsa voluntate immediatè  
productus, & in ea velut subjecto immanens. Ut:  
*velle, nolle; amari, odisse; consentire, dissentire;  
imperare, revocare, &c.* Voluntarium *impera-*  
*tum*, seu actus voluntatis imperatus, dicitur om-  
nis actus, non immediatè productus à voluntate,  
sed ad ejus imperium, ordinationem, consensum,  
factus ab aliis potentiis, ut puta intellectu, phan-  
tasia, appetitu sensitivo, sensibus, potentiâ loco-  
mo-

M §

mo-



motivâ: ut voluntate volente vel consentiente aliquid *cogitare, credere, studere, ambulare, bibere, &c.* Voluntariū *imputatum*, seu *interpretativum*, dicitur omne id, quod nec immediate voluntate, neque ab ea positive, directe, vel expresse imperatur, aut volitum est, tamen ob aliquam rationem, quia nimirum vel ad id voluntarie casam dedit, fieret, vel, cum potuisset, & debuisset impedire, ne fieret, non impedivit, ideò voluntariū *imputatur*, & quasi *interpretatur* voluntarium, ideòque comprehendit omne voluntarium directum, & tacitum, mox explicanda & exemplificanda num. 23. & seqq.

## §. II.

*Voluntarium actuale, virtuale, habituale*

21 **V**oluntarium *actuale* seu *actu* est, quod hic nunc actu elicitur vel imperatur à voluntate, v. g. nunc *volo celebrare, baptizare, orare* &c. dicitur intentio actualis: quæ duplex esse potest aut explicita, quâ intenditur aliquid in terminis seu conceptibus distinctis: qualis est illa Sacerdotum formula: *Ego volo celebrare Missam, & consecrare Corpus & Sanguinem N. JESU Christi &c.* aut implicita, quâ intenditur aliquid in conceptu confuso, seu in aliquo generali volito. Ut si consecraturus, baptizaturus absoluturus &c. intendat *facere id, quod Christus instituit, vel quod Ecclesia his facit, vel intendit*. Si Clericus à Prælato missus ad suscipiendos Sacros Ordines, intenderet solum obedire, seu



agere id, quod iussit Superior, nullo alio elicitio actu,  
interim dum ordinatur.

Voluntarium, *virtuale*, seu *virtute*, dicitur id,  
*quod vi actus prateriti nondum revocati in opera-*  
*tione morali perseverat.* Atque adeò tria requirit.

1. Ut aliquando præcesserit volitio seu intentio ac-  
tualis. 2. Ut illa intentio hæctenus non fuerit re-  
vocata. 3. Ut illa intentio adhuc perseveret in o-  
peratione morali, hoc est, ut reverà vi illius præce-  
dentis actualis intentionis fiat opus vel actus in-  
tentus, isque humanus & moralis, nimirum ab  
homine persistente in ea mentis dispositione, quâ  
moraliter agere, ejusque actiones sub ejus arbitri  
potestatem cadere possint. Ut si Sacerdos modò  
actu intendens *celebrare, baptizare, orare*, postea  
vi illius actus nunquam revocati pergit ad locum,  
paramenta induit, cæremonias agit, verba profert  
&c. interim dudum cessante priori actu, etsi nul-  
lum alium actum intentionis eliciat, neque prioris  
actus actu recordetur, dummodò adhuc maneat  
in ea dispositione mentis, ut reflectens se, vel in-  
terrogatus, quid, vel quare agat. statim priorem ac-  
tum intentionis suæ allegaret: adhuc facta con-  
secratio, baptismus, oratio, erunt sufficienter vo-  
luntaria, valida, imò & meritoria, quantum est ex  
hoc capite.

Voluntarium *habituale* tantum dicitur, quod  
solo habitu ex præcedentibus actibus acquisito  
perseverat, absque omni prorsus influxu in aliquâ  
moralement operationem, utpote perseverans etiam  
in homine nihil, vel non moraliter operante, dor-  
mien-



miente, ebrio, amente. Ut in exemplo allato  
 Sacerdos post illam actualem intentionem, et  
 nunquam revocatam, in somnum, ebrietatem, im-  
 mentiam incidat, & in ea dispositione verba con-  
 secrationis &c. proferat: aut licet mentis com-  
 pos manet, tamen ab illo priori actu nihil per-  
 tus amplius moveatur, ut ne interrogatus quidem  
 eum allegaret, non erit ea actio amplius voluntate  
 virtualiter, vi præcedentis actus, sed solum &  
 summum habitualiter: quia non erit amplius actus  
 moralis. Jam vides, quid sint & qualiter differat  
 intentio *actualis, virtualis, & habitualis* tamquam  
 Et quoad ista nota simul differentiam inter con-  
 ferentem, & suscipientem Sacramentum. Quod  
 enim in agente conferente Sacramentum requiritur  
 voluntas & intentio effectivè, ut quid conferat  
 rens ad causandum effectum Sacramenti, ideo necesse  
 est, ut intentio, si non actu, saltem virtualiter  
 & moraliter perseveret in actione Sacramenti  
 li: at verò in suscipiente Sacramentum requiritur  
 voluntas & intentio solum dispositivè ad recipi-  
 dum effectum Sacramenti, ideoque sufficere potest  
 intentio habita, nec revocata, saltem habitualiter  
 perseverans. Sic sæpius vidisti eos, quos constat  
 stat habuisse intentionem suscipiendi Sacramen-  
 tum poenitentiae, nec revocasse, postea sensibus  
 destitutos, lethargo, vel phrænesi correptos, &  
 nihilominus absolutos esse: quemadmodum  
 in simili etiam baptizari possent, &  
 deberent.



## Digressio utilis.

**U**Tique, religiose Lector, pro certo habes, ad 22  
 bene & meritoriè operandum necessarium  
 esse, ut non modò homo ipse gratiâ, Charitate  
 præditus sit, verùm etiam ipsa actio à Charitate  
 imperetur, seu referatur ad Deum ut ultimum fi-  
 nem cui: intentione aut actuali, explicitâ vel im-  
 plicitâ, quod optimum & consultissimum est: aut  
 saltem virtuali, nimirum vi præcedentis intentio-  
 nis ac imperij Charitatis, adeò tamen ut imperium  
 seu intentio præcedens sit vera causa actionis  
 subsequens, & hæc verè fiat ex vi & motione  
 præcedentis intentionis, adhuc virtute perseveran-  
 tis, saltem ut te reflectens, interrogatus, cur opere-  
 ris hoc, *ores, studeas, scribas*, statim recitatâ priori  
 intentione, diceres *propter Deum, ad ejus placitû,*  
*ad gloriam Dei &c.* Quòd si ergo quis manè v. g.  
 proponat hoc die, hæc, illa; ac omnia opera sua  
 facere ex Charitate & propter Deum, ad ejus glo-  
 riam, is quidem ipso facto exercet actum præstan-  
 tissimum Charitatis & Religionis, eoque præstan-  
 tior, quò magis extensum objectum habet: at  
 verò, si postea temporibus suis, prorsus im memor  
 matutini propositi sui, & absque ulla omninò re-  
 latione vel dependentiâ ad illud propositum, sed  
 merè ob alias causas, v. g. ob metum pœnæ ex ari-  
 da consuetudine, ex humano respectu, &c. &c.  
 operetur, oret, studeat, laboret, &c. tunc illæ actio-  
 nes, sicut reverà non sunt amplius actus Charitatis  
 imperati, neque vi illius propositi ut virtualiter  
 intentæ, factæ, ita neque vi illius meritorii esse  
 po-



Poterunt. Ita communiter Doctores cum D. B. navent. in 2. d. 41. a. 1. q. 3. Bellarmin. l. 1. *Justificat. c. 19.* Et optimè explicat. Jo. Bulli. *Virid. Virtut. V. intentio recta. t. 4.* Verba adnumero. Tu pondera. *Ad meritum boni operis requiritur, ut, vel tunc, cum sit actio, imperato Charitate, atque ad Deum ut finem supernaturalem, ac ultimum referatur: vel certe nascatur actu imperato a Charitate, atque in Deum relato; quod est virtute referri. Tunc enim dicitur opus aliquod virtute in Deum relatum, cum intentio antegressa verè est causa illius, ut fiat. Quod si quis generali tantum intentione, initio anni, mensis, vel diei; omnia futura opera ad gloriam Dei offerat, ut quidam laudabiliter faciunt, non dicetur, virtuali intentione obtulisse, singulis bonis operibus, licet in gratia constitutus vitam eternam promeruisse. Hæc ille verissimè. Assuetus ergo, religiose Lector sæpius per diem, saltem in quodlibet opus notabile, orationem, studium, laborem, etiam cibum, recreationem, somnum &c. elicere intentionem actualem, est res facilis per se, sed longè utilissimæ, de qua lege, & relege. P. Hieremia Drexelii Amussim: interim videatur hæc placeat: actus singulos ordiri, à signo Crucis & vers. *Deus in adjutorium &c.* ac *Doxologia Gloria Patri &c.* atque etiam ita finire. *Am.* finiamus hanc digressionem, & ad lineam revertamur.*



## §. III.

## De Voluntario directè &amp; indirectè &amp;c.

**V**oluntarium *directè & in se* dicitur, quid- 23  
 quid per se procedit à voluntate, seu omnis  
 actus, qui per se intenditur, elicitur, imperatur, vel  
 admittitur à voluntate: ut si deliberatè odisti ho-  
 minem, vis occidere, occidi imperas, occidere vo-  
 lenti consentis, &c. de hoc nulla difficultas. Vo-  
 luntarium *indirectè*, seu *in alio*, seu *in sua causa*  
 dicitur, quidquid per accidens tantum procedit à  
 voluntate, seu quod quidem secundum se, & in se  
 non intenditur, elicitur, vel imperatur à voluntate,  
 tamen ratione alicujus alterius per se voliti prævi-  
 detur necessariò consequi, ideòque voluntati vo-  
 luntarium censetur, & velut imputatur, unde &  
 voluntarium interpretativum dicitur *suprà num.*  
 20. Idque iterum duplex est. I. Voluntarium in-  
 directè *in causa positiva* est, quando homo volun-  
 tariè ponit causam, ex qua prævidet, vel prævide-  
 re deberet, secuturum talem effectum: aut etiam  
 de facto jam sequi experitur. Ut, qui indulget co-  
 gitationi vel lectioni turpi &c. sentiens periculum  
 proximum secuturæ pollutionis, is, quamvis dire-  
 ctè minimè velit, imò omninò nolit, indirectè ta-  
 men censetur velle pollui, ideòque secuta pollutio  
 erit voluntaria indirectè. II. Voluntarium indire-  
 ctum *in causa negativa* dicitur, quando homo,  
 seu voluntas, cum posset & deberet, solum non  
 aufert causam prævisi effectus, vel alio modo non  
 impedit, quò minus effectus prævisus sequatur, si  
 ve



ve in se, sive in alio: ut si ab aspectu non amoveat imaginem turpem: non extinguas candelam pro viso incendio &c. Exempla nimis obvia.

*Quanam requirantur ad voluntarium directe?*

- 24 **A**D hoc, ut ex causa posita vel non ablata, effectus secutus censeatur voluntarius indirectus, et ad peccatum imputetur, tria requiruntur.
- I. Ut operans sciat, & advertat, aut certe sciret, si sciret, seu inculpabiliter non ignoret, ex tali causa se posita, seu non ablata consecuturum talem effectum, vel ejus adesse grave periculum. Quod enim id nullo modo sciat, vel expertus sit, effectus secutus non poterit censeret etiam indirecte voluntarius, quia nullo modo cognitum, nullo modo volitum: ut si quis ad satietatem bibens, ignorans fortitudinis vini, postea inebrietur. &c. II. Ut etiam possit impedire talem effectum, causam auferendo, vel non ponendo. Si enim non potest auferre causam, non imputabitur tibi effectus voluntarius vel culpabilis, secundum omnes. Ut si necessario equitans advertas periculum pollutum, vel ea defacto contingat. III. Ut etiam debeat impedire effectum non ponendo, seu auferendo talem causam: Quod si enim nullâ lege charitatis vel justitiæ tenearis non ponere talem causam, abstinere à tali actione, ex qua prævides effectum consecuturum, quin potius sit obligatio in oppositum; effectus secutus sanè physicè adhuc



voluntarius indirectè, in causa scil. voluntariè po-  
sita, at non erit voluntarius moraliter, neque ad  
culpam imputari poterit. Ut: si Confessarius au-  
diat confessiones fæminarum, aut legat libros de  
tali materia pro necessaria instructione: si Chyrur-  
gus medeatur in partibus verecundis, si etiam  
commoditatis tantum gratiã equites &c. & im-  
mineat periculum carnis: quia nullã lege ii ten-  
entur abstinere à tali actione, quin potius ex offi-  
cio debent agere, ideo effectus quicumque secutus  
(secluso semper consensu, quo fieret voluntarius  
directè) omni culpã voluntariã vacabit. Similiter,  
estitias, & possis auferre causam, vel aliter impe-  
dire aliquem effectum, si tamen non tenearis ali-  
quã lege charitatis vel iustitiã, permissio quidem  
ipla poterit tibi esse voluntaria, at verò effectus se-  
cutus nullo modo centebitur tibi voluntarius,  
nec consequenter ut causã morali ad culpam im-  
putabitur. Quia permissivè, & negativè tantum  
se habenti ad aliquem effectum, effectus secutus  
nunquam imputatur ut causã morali, nisi ille ha-  
beat obligationem aliquam impediendi illum.  
Alioquin sequeretur absurdum, nimirum omnium ho-  
minum, dæmonumque peccata DEO esse volun-  
taria, atque ut morali causã imp utanda, cum sciat,  
& possit, tamen impedire nolit, nimirum quia im-  
pedire non tenetur, sed potius, ut causa universalis  
permittere debet singulas causas suos motus age-  
re. Si caupo apponens vinum se inebriaturis, etsi  
sciat, & possit, quia tamen non tenetur impedire,  
ebrietates & alia secutura, ei nec voluntaria, nec ad  
THEOL. MORAL, PARS I. N cul-



culpam imputari poterunt, secus si esset Super  
potitantium.

*Quando committatur peccatum indirectè  
luntarium?*

25 **P**eccatum indirectè voluntarium tunc com  
mittitur, quando culpabiliter positâ vel  
ablatâ causâ cum quis scilicet & sciat, & potest  
& debeat auferre) effectus prævisus factus est  
luntarius indirectè, & non tunc, quando re  
effectus sequitur. Exempla disce. 1. Quando  
titans advertit, se ulteriori potu in ebriandum  
super expertus scit, se in ebrietate solere rixari  
occidere, & tamen vult ulterius bibere, hoc  
puncto peccat mortaliter, & ebrietatis, & hor  
cidii indirectè voliti peccato, & non amplius  
quando actu rationis usu destituitur, aut  
jam ebrius rixatur, & percutit. 2. Qui vespere  
cumbens voluntariè vacat turpibus cogitatio  
bus, prævidens, vel expertus jam sciens secutus  
in somno pollutionem, tunc quidem peccat  
taliter peccato impudicitiae & mollitiei, at  
dubio non amplius tunc, quando dormienti  
turpitude contingit. 3. Qui die Dominico vel  
sto manè voluntariè se inebriat, aut somno  
prævidens omninò Sacrum negligendum, tunc  
quidem peccat mortaliter contra præceptum  
clesiæ, non autem, quando ipso jam ebrio vel  
mente, Sacrum reipsâ negligitur. 4. Qui scit  
& volens per frequentatos actus contrahit con  
tadinem blasphemandi v. g. tunc quidem



citer peccat mortaliter, at non amplius tunc, quando vi involuntariè remanentis consuetudinis, ac quasi naturali impetu, omninò inadvertenter in blasphemias prorumpit. Eademque ratio est, quodcumque quis sciens, & volens posuit, vel non abstulit causam effectus prævisi, sive indirectè tantum, ut in exemplis allatis, sive etiam directè intenderit talem effectum, & postea, eonò amplius volente, sequitur effectus. Potuit enim homo interim se revocare, de peccato dolere, & se in DEI gratia constituere: Impossibile est autem hominem in gratia constitutum peccare vi præcedentis actus: aut quando effectus, ut fiat, vel non fiat, non est amplius in hominis potestate: ut si venenum propinasti, lapidem projecisti, sagittam ejaculatus es etiam directâ occidendi intentione: ergo etiam tunc peccatum committitur, non quando effectus sequitur, sed quando culpabiliter causa ponitur, aut non aufertur. *Ex communi Layman. hic Tract. 2. c. 3. n. 5.* Caterum negari non potest, peccatum tale aliquo modo compleri effectu secuto saltem in ordine ad iudicium Sacramentale; ideòque ordinariè necessarium est in confessione explicare, an talis effectus, homicidij, pollutionis, &c. secutus sit, nec ne; partim ut intelligatur gravitas peccati commissi quantum nimirum fuerit periculum, cui se operans exposuit, partim etiam ut intelligatur obligatio contracta restitutionis, censuræ, irregularitatis, &c. quæ etiam post confessum, & remissum peccatum remanent. Unde speculativè tantum probabile



habilis est opinio *Suarez*, eum, qui regulam cuncto reſecto projecit cum periculo præviſo occidendi hominem, ſatisfacere, ſi hoc ipſum fateatur in confeſſione, nec debere exprimere, an mors ſecuta ſit, nec ne; quia tunc ſolum peccavit, quando regulam poſuit, non verò poſtea, quando non amplius eſt in poteſtate, quin effectus ſequatur, tamquam maximè velis impedire, ideòque in ſe coram Deo neque majus, neque minus peccatum videtur, ſi effectus ſequatur, ſive non.

## §. IV.

*Voluntarium expreſſum & tacitum in ordine ad externam manifeſtationem.*

26 **V**oluntarium *expreſſum* dicitur, quod vel ſignis æquivalentibus explicite ſignificatur, ac velut exprimitur. Ut dum Superior præcipit, prohibet, concedit, negat; dicitur voluntas expreſſa, confeſſus, &c. Voluntarium *tacitum*, quod eſt in fictione juris, interpretativum vocant, dicitur quod abſque expreſſione verborum, vel ſignis æquivalentium, ſolum ex facto aliquo, vel conſuetudine voluntarium eſſe oſtenditur, vel intelligitur, adeòque comprehendit omne voluntarium in reſpectu reſecto ex cauſa poſitiva & negativa, & inſuper inſignificantium. Ut ſi Superior vel Paterfamilias, concedat, non auferat, non prohibeat, aut tacendo denegat, non nimium potum Suorum, cenſebitur tacite conſentire in ebriitates, rixas, ac alia mala in ordinariè conſequentia, vel præviſa, quò ſpectat tacitum illud:



Qui tacet, consentire videtur. Reg. 43.

in 6.

**N**on universaliter verum est, ut statim no- 27.  
tatibid. Reg. 44. *Qui tacet non fatetur;*  
*sed ne utique negare videtur.* Etenim taciturni-  
tas, seu silentium, de se, neque assentum, neque  
dissentum significat, nisi accedant aliæ conjectu-  
ra, quas affert Sanchez l. I. de Matrim. disp. 5. §  
6. & ex eo Layman hic. c. 3. n. 3. I. Tacens con-  
sentire videtur, si agatur de ejus favore vel com-  
modo, non item, si agatur de ejus gravamine, in-  
commodo, præjudicio. Ita, si alio quidpiam tibi  
promittente, vel donante taceas, censeberis con-  
sentire: at verò si quidpiam ab alio tibi donari vel  
promitti petas, isque taceat, non contradicat, non  
ideo censebitur consensisse. II. Tacens consen-  
tire censetur, si consentire volens, negare, vel con-  
tradicare deberet; non item, si respondere, vel  
contradicere non teneatur. Sic Reus in judicio ad  
objectum crimen jussus respondere, si taceat, fate-  
ri præsumitur. c. si post. de confessione in 6. Item  
sedens in Concilio vel Capitulo, si iniquæ Con-  
stitutioni, vel Electioni non reclamet, si utiliter  
possit, censetur consentire. *Communis DD. apud*  
*Laym. cit. III. Si quis ex duobus sibi objectis, unum*  
*tantum negat, alterum tacitè fateri; si unum tan-*  
*tum fateatur, alterum tacitè negare censetur. c.*  
*Nonne. de præsumptionibus. Ubi ponitur authori-*  
*tas D. Gregorij hom. 18. in Evang. Duo Christo il-*  
*lata fuerunt, (Samaritanus es, & dæmonium ha-*  
*bes) Unum negavit, alterum tacendo consensit.*

N 3

IV. Præ-



IV. Principis ergo, Prælati, Superioris &c. licentia & patientia, seu taciturnitas, consensus datur, quando circa periculum alicujus incommodi, vel scandali, impedire, ac contradicere non possit: secus si impedire absque incommodo non possit. Sic Prælati, vel Superior, sciens aliquid fieri contra leges, vel statuta, seu tale, quod absque licentia sua fieri non posset, si taceat, & toleret, cum commodè contradicere possit, censetur tacite consentire vel licentiam dare: ejusque licentiam, consensum, ratihabitionem subditus petere potest. Vide *Layman cit. c. 3. num. 4.*

*Corollaria ex hætenus dictis.*

28 1. **O**mnis ergo & solus actus deliberatus & voluntatis elicitus, imperatus, vel imputatus, qui nimirum formaliter, vel interpretative, vel virtute, directè vel indirectè, expressè vel tacite, saltem sit voluntarius, ac liber, est actus humanus, bonus vel malus. Omnis enim, & talis actus est in libera potestate agentis, ac regulabilis secundum rectam rationem. II. Nullus actus intellectus, vel alterius potentia à voluntate secundum se potest esse humanus, cum sic fit naturaliter ac necessariò: sed solum sunt actus humani ac liberi participativè à voluntate, quod nimirum ab ea vel directè voliti imperantur, vel admittuntur, vel eidem saltem ut indirectè interpretativè voliti imputantur. III. Prima cognitio intellectus in quovis negotio, non potest esse actus humanus, bonus vel malus.



liter: cum nullo modo possit esse volitus primus intellectus actus, alioquin daretur processus in infinitum: cum nihil sit volitum, nisi præcognitum, IV. Etiam primus motus voluntatis, absque intellectus ad ipsum advertentia, insurgens (& à fortiori omnis primus motus vel actus cujuscunque alterius potentia) non potest esse actus humanus, nec bonus, nec malus moraliter. Quia non est in potestate voluntatis, nec consequenter regulabilis per rectam rationem. Hæc magis sigillatim applicauntur infra. Præsertim c. 5. & 6.

## SECTIO IV.

*Impedientia voluntarium ac liberum, ideòque & ipsum actum humanum.*

Quatuor communiter enumerantur: *Ignorantia, Violentia, Metus, & Concupiscentia*, Quia enim voluntarium debet procedere ex prævia cognitione, hinc ei repugnat ignorantia. Et quia debet procedere à principio intrinseco; hinc ei repugnat violentia. Et quia liberum debet procedere à principio indifferenti ad agendum & non agendum, hinc illud impedire videntur metus, & concupiscentia. Nunc singula percurramus.

### SUBSECTIO I.

*De Ignorantia.*

SUMMARIUM.

29. Ignorantia est carentia notitiæ alicujus rei.  
 30. Ex parte subjecti: alia est negativa, alia privativa, alia positiva.  
 31. Ex parte objecti: alia est ignorantia juris. alia facti.  
 32. Ex parte effectus: alia est antecedens, alia concomitans.  
 N 4 33. Ex



33. Ex parte voluntarii. & culpæ: alia est invincibilis, alia vincibilis, levis, lata, affectata.
34. Ignorantia invincibilis, antecedens tam juris, quam facti excusat ab omni culpa.
35. Sicut etiam invincibilis concomitans?
36. Nulla verò vincibilis factum ex ea omnino excusat.
37. Sed solum minuit, saltem non affectata.
38. Ignorantia facti, & juris, ac pœna simul, non tam invincibilis, sed & vincibilis (non crassa, lata, supina) excusat à pœna per leges decreta.
39. Si verò est ignorantia solius pœna; non verò juris facti pœna adhuc incurritur si non sit consuetudinaria extraordinaria, & exorbitans.
29. Ignorantia, nomine & re nihil aliud est, quàm carentia notitiæ seu cognitionis alicujus rei. Ejus variæ sunt divisiones.

## I. Ex parte Subjecti.

- Ignorantia negativa, privativa, positiva.
30. Ignorantia negativa, seu pura negationis dicitur carentia notitiæ in subjecto ex naturali statu suo non apto habere talem notitiam. Ut ignorantia DEI in lapide, bruto, infante, amens.
- Ignorantia privativa seu mera privationis dicitur privatio seu carentia notitiæ in subjecto ex naturali & conditione sua apto habere talem notitiam, si homo adultus nesciat, quæ secundum statum suum scire posset, vel etiam deberet. Ignorantia positiva, seu prava dispositionis dicitur carentia notitiæ veritatis cum positivo contrario errore. Ut si nescias, Christum esse Deum, putans purum esse hominem. Si nescias animal à te percussurum esse hominem, putans esse feram.
- II.



II. Ex parte objecti.

*Ignorantia juris, & ignorantia facti.*

**I**gnorantia juris est, qua ignoratur Lex ejusve obligatio. Ut si nescias, pro tali Vigilia jejunium Ecclesiasticum indictum esse. Ignorantia facti est, qua ignoratur factum aliquod seu res particularis, ejusve conditio, ex qua actio moralis quoad suam bonitatem vel malitiam dependet. Ut si nescias, non advertas, non recorderis, hodie esse diem veneris vel Vigiliæ, aut carnem esse, quod comedis &c. Nam nomine ignorantia, etiam inadvertentia, inconsideratio, oblivio, comprehenduntur.

III. Ex parte effectus.

*Ignorantia antecedens, & concomitans.*

**I**gnorantia antecedens & causa operis est, quæ si abesset, effectus non fieret. Ut si occidisti amicum, ratus esse feram, & ignorans esse hominem ac amicum tuum, ex ignorantia tanquam causa occidisti: quia si non ignorasses, minimè occidisses. Hujus signum est, inquit Aristoteles. 3. Ethic. c. 1. *Quia facti te pœnitet, postquam ignorantia remota fuit.* Ignorantia concomitans tantum & non causa operis, dicitur, cum qua tantum, non ex qua, vel propter quam fit effectus, adeo ut etiam si illa abesset, effectus adhuc fieret. Ut si inimicum, quem maximè occisum velles, de facto occidisti, ignorans tamen esse hominem vel inimicum tuum, sed putans esse feram: non ex ignorantia tanquam causa, sed solum cum ignorantia concomitante occidisti: quia tamen etsi

N 5 non



non ignorâsses, adhuc occidisses. Cujus signum est: quia postquam cognovisti, non doles, sed gaudes.

#### IV. Ex parte Voluntarii & Culpa

*Ignorantia invincibilis, & vincibilis, lata, affectata.*

33 **I**gnorantia *invincibilis & inculpabilis*, est *justa, probabilis & antecedens* dicta, est, quae morali studio vinci vel tolli, acquirendo oppositam notitiam, non potuit: utpote, quia vel nonquam venit in mentem cogitare, vel dubitare de tali re; vel etiam si in mentem venisset, tamen morali, & ordinariâ adhibitâ inquirendi diligentia cognitio veritatis acquiri non potuisset. Et haec simpliciter non est voluntaria, nec directè, sed indirectè: ideò etiam *antecedens* dicta, quia non nem actum voluntatis antecedit. Ignorantia *vincibilis & culpabilis*, etiam *injusta, improbabilis & consequens* dicta, est, quae morali adhibita diligentia superari, acquirendo oppositam notitiâ potuisset, & debuisset: ideòq; tria requirit. I. Ut sit de re, cujus notitia vel scientia in tali persona, in talibus circumstantiis haberi possit. II. Ut venerit in mentem cogitare, vel dubitare de tali re. III. Ut ignorans teneatur scire illam rem, utpote spectans ad suum statum vel officium, atque ad evitandum peccatum: alioquin, defectu hujus tertij, ignorantia quidem vincibilis erit, at culpabilis non erit. Haec ergo ignorantia, semper est aliquo modo voluntaria directè, vel indirectè, ideòque etiam



Et consequens, quia actum aliquem voluntatis subsequitur. Atque hinc.

Ignorantia culpabilis & vincibilis alia dicitur affectata, & est directè voluntaria, cum quis data operâ vult ignorare, & ideò non inquirere veritates, sive ob tædium discendi, sive ut liberius peccare vel legis ignoratæ transgressiones excusare possit. Ut si datâ operâ, & ex proposito nolis discere præcepta Dei, vel Ecclesiæ, aut Regulæ tuæ, ob dictas causas. Alia est ignorantia culpabilis non affectata, & indirectè tantum volita, quâ quis non quidem vult ipsam ignorantiam in se, sed solum non vult adhibere sufficientem ac debitam diligentiam inquirendi & cognoscendi veritatem, ideòque eò ipso indirectè velle ignorantiam convincitur. Et hæc alia dicitur *lata, crassa, supina*, ad quam superandam, veritatèque cognoscendam, nulla profus diligentia vel cura adhibita est: qualis plerumque esse solet ignorantia earum rerum, quæ communiter ab ejusdem statûs vel conditionis hominibus cognoscuntur, vel etiam cognosci debent. Alia dicitur ignorantia culpabilis non lata vel crassa, sed *levis*, ad quam nimirum superandam aliqua, non tamen sufficiens diligentia est adhibita, vel tam facillè superari non potuit. Hæc autem in particulari, consideratis circumstantiis prudentis judicio discernenda. Nulla enim potest tradi regula generalis.

#### ASSERTIO V.

**V**oluntarium, adeòque actum humanum & peccatum omninè tollit ignorantia quavis invincibilis.



vincibilis, juris vel facti non tantum antecedens  
sed etiam concomitans: non item tollit, sed minus  
tantum ignorantia vincibilis & culpabilis facti  
non affectata. Communis doctrina, uti docebitur  
applicatio.

## §. I.

34 ¶ Ignorantia invincibilis, & inculpabilis, facti  
& antecedens, & causans opus omnino tollit voluntarium,  
atque excusat ab omni culpa. Omnes  
S. Thoma. 1. 2. q. 76. a. 3. Docet etiam S. Augustinus l. 3. De lib. arbitrio. c. 8. & alibi. Patet  
manifesta est ex assertionem præcedenti. Quia  
ne voluntarium sufficiens, & requisitum ad actum  
humanum necessario debet esse præcognitum, ea ratione  
quacunque ratione non est præcognitum, ea ratione  
ne non potest esse voluntarium: sed ignorantia  
quævis invincibilis, & culpabilis, juris vel facti  
saltem antecedens, sicut ipsamet omnino involuntaria,  
& inculpabilis est, ita rem seu objectum  
voluntarie & inculpabiliter reddit incognitum  
& consequenter eadem ratione involuntarium.  
Etenim ignorantia facti (ut si quis die Veneris  
medat carnes, nesciens vel non advertens esse die  
Veneris, aut esse carnem, quod comedit) reddit  
cognitum, & consequenter involuntarium ad  
ac objectum, vel circumstantiam prohibitam.  
Ignorantia autem juris (ut si hodie comedas carnes  
nesciens esse prohibitum, ut supra n. 31.) reddit  
incognitum, & consequenter involuntarium  
quoad ipsam prohibitionem seu malitiam.  
Ea ignorantia omnino tollit voluntarium in actu.



saltem caufato, in quantum ignoratur, & confe-  
quenter etiam omnem culpam feu peccatum; quia  
peccatum adeò voluntarium eft, ut fi voluntarium  
non fit, eò ipfo peccatum non fit.

§. II.

**N**on tantum ignorantia antecedens, fed etiam 35  
concomitans &c. ut fupra. Communis. Suar.  
Vafq. Azorius, alii cum Sanch. l. 1. Mor. c. 16.  
Laym. c. 4. num. 8. Ratio eadem eft, quæ fuprà.  
Quia ignorantia invincibilis, & inculpabilis, e-  
tiam concomitans tantum, & non caufans opus,  
verè & invincibiliter reddit incognitum id, quod  
cum ignorantia agitur: ut fi inimicum occidifti,  
invincibiliter ignorans eſſe hominem illum, quan-  
tumvis alioquin maximè velles occidere, vel oc-  
cifum, defactò tamen verè & invincibiliter igno-  
raſti, eum eſſe hominem inimicum tuum, & con-  
fequenter tunc eo actu fimpliciter non potuiſti  
velle illum occidere: ergò ignorantia etiam con-  
comitans invincibilis verè tollit voluntarium, &  
actum cum tali ignorantia factum reddet fimpli-  
citer non voluntarium, & confequenter etiam  
non peccaminofum feu ab omni culpa excuſa-  
tum. Neque obſtat, quòd ita occidens cum igno-  
rantia concomitante tantum, ita affectus fit, quòd,  
fi ſciret, adhuc faceret. Deus enim non imputat  
homini peccata, quæ faceret, fi hoc vel illud in-  
mentem ei veniret, fed divinæ gratiæ adſcriben-  
dum eſt, quòd id animo defactò non incidat. Uti  
ex D. *Augustino* rectè docent *Suarez. l. 3. de*  
*juramento c. 7. & Sanchez l. 3. Moral. c. 5. ubi*  
rectè



rectè refutant *Cajetanum, Navarrum, Lopez* alios, volentes perjuriam v. g. hinc & nunc ex tracta consuetudine omnino indeliberatè factam nihilominus esse peccata mortalia ex eo, quod ceterè assuetus adverteret & deliraret, tamen ad pejeraret: quod falsum esse eadem ratione vincitur. Denique quòd si actus homicidii v. g. actus cum ignorantia concomitante tantum habeat adjunctum actuale affectum vel propositum adhuc occidendi, etiamsi constaret, esse minem inimicum suum, aut postea comperto, verà fuisse hominem inimicum suum, sequitur gaudium, complacentia, approbatio: manent enim illa voluntaria & peccata seorsim homicidii interni: at ipse actus ut homicidii externi, sicut factò est incognitus, ita involuntarius negatur scilicet, seu non voluntarius, & consequenter peccaminosus manet.

## §. III.

36 **N**on item tollit ignorantia vincibilis & culpabilis &c. Omnes cum S. Thom. cit. a. Rationem habes. c. I. num. 2. de Conscientia erronea. Adde; illud voluntarium simpliciter, factum indirectè, & peccaminosum censetur, quod procedit à voluntate, ut potuisset & debuisset non procedere: sed quod fit ex ignorantia, cum ignorantia vincibili & culpabili quacumque ita procedit à voluntate, ut non procedere, seu potuisset, & debuisset: potuit enim ut supponimus, & debuit voluntas facere inquiri veritatem, eaque cognita, non facere illum actum, con-



quenter eo ipso, quo voluntas advertenter ignorans aliquid, v. g. hodie esse diem jejuniij, & cum possit, & debeat, negligens inquirere, ac cognoscere veritatem, & tamen eligit operari, v. g. comedere carnes, censetur etiam saltem indirectè eligere, & velle objectum, quale defactò est, scilicet malum, vel prohibitum: ergo ignorantia vincibilis & culpabilis quæcunque non tollit voluntarium, nec consequenter peccatum in toto: sed

§. IV.

**M**inuit tamen, saltem non affectata: Seu, ut loquuntur Doctores: excusat à peccato, non in toto, sed in tanto. *Communissima.* Ratio est. Quia per se loquendo, & in genere voluntarij, id semper minùs est voluntarium, quòd indirectè tantum est voluntarium, quàm, quòd etiam directè voluntarium est: sed quidquid fit ex ignorantia, quantumvis vincibili & culpabili, etiam crassè vel supinà, saltem non affectatà, est tantum indirectè voluntarium: ergò minùs voluntarium, & consequenter etiam minus culpabile, seu minus peccatum: & quidem proportionaliter, quòd minùs voluntaria & culpabilis est ignorantia, uti est ignorantia levis, eò minùs erit peccatum, utpote leve & veniale: è contra quòd magis voluntaria & culpabilis est ignorantia, ut est supina, crassa, lata, vel huic similis, eò magis relinquet actum voluntarium & peccaminosum, ideòque non excusabit à mortali toto, sed solum à tanto. Ignorantia affectata denique, directè voluntaria, & multiòsa, cum procedat ex magna voluntatis propensione ad malum.



malum, saltem tunc, quando expresse intenditur  
 & opposita cognitio respicitur, ut quis sine  
 conscientiae remorsu liberius peccet: quæ ratio  
 dicunt impij apud Job. c. 21. *Recede à nobis, in-  
 tiam viarum tuarum nolumus*: Talis, inquam,  
 ignorantia censetur non minuere, sed potius augere  
 voluntarium, & peccatum. Cùm talis censetur  
 deò adhærere peccato, ut etiam horreat scientiam  
 avocantem à peccato: uti docent Doctores  
 communiter cum S. Thom. *cit. a. 4.* Navarro  
*sciendum. d. 2. de Pœnit. n. 4.* Sanch. l. 1. m. 1.  
*c. 17.* Layman. c. 4. n. 9. Contrarium tamen dicitur  
 D. Bonaventura, Corduba, Azorius, alij cum  
 Lincio Tract. 21. c. 2. q. 7. Nim. etiam ignorantiam  
 affectatam minuere aliquantulum voluntarium  
 peccatum: idque eadem ratione supra, etiam  
 urgente. Quia reverà etiam, quod fit ex ignorantia  
 affectata, est indirectè tantum voluntarium, &  
 defectò non est cognitum, quantumvis voluntarium  
 ignoratum. Et *Confirmatur efficaciter.* Voluntas  
 tantò minùs liberè vult, quantò magis ab objecto  
 trahitur ad unam partem: sed ignorantia etiam  
 affectata eò ipso, quòd occultat malitiam objecti  
 adulterij v. g. homicidij &c. facit voluntarium  
 magis trahi ab objecto illo: è contra, si intellectus  
 actu ostenderet malitiam objecti, utique retraheretur,  
 & retardaretur ab illo amplectendo, cùm  
 voluntas naturaliter refugiat malum: ergo, &c.  
 dentur tamen hæc sententiæ facilè conciliari potest  
 cum distinctione voluntarij dicendo: Ignorantiam  
 affectatam minuere quidem voluntarium peccatum



ac liberum respectu illius actus ignorati, uti convincit ratio assignata: augere tamen, & quidem malitiosè ex proposito voluntarium ut spontaneum in ordine ad liberiùs peccandum, non solo illo actu, sed quovis alio occurrente, durante illa ignorantia. Ideoque hæc affectata ignorantia merito nihil patrocinator delinquenti tam in interno, quam externo foro maximè.

### QUÆSTIO INCIDENS.

Qualiter ignorantia excuset à pœna per leges positivas decretâ.

#### I. De Ignorantia facti, & juris, ac pœna simul.

Respondetur I. Ignorantia invincibilis & juris 38  
statuentis pœnam, & facti, sicut ab omni culpa, ita etiam ab omni pœna excusat & liberat. Omnes. Quia nimirum pœna decernitur ob culpam: ergo cessante culpa tanquam causa, cessare etiam debet pœna, tanquam effectus. v. g. Si percussisti Clericum, inculpabiliter ignorans, eam percussione esse ab Ecclesia prohibitam, sub pœna excommunicationis: aut nesciens, vel non advertens illum esse Clericum, sine dubio non incurris pœnam excommunicationis, vel quamcunque aliam in simili casu. II. Etiam ignorantia facti, aut ipsius juris statuentis pœnam, vincibilis & culpabilis quæcunque non crassa vel supina excusat à pœna per legem decreta: ut si in exemplo allato, dubitans vel suspicans fortè esse



Clericum, absque sufficienti inquisitione cre-  
 non esse, & percutias, non incurris censuram  
 & sic in similibus. Communis Doct. Sotus, Sa-  
 rez, alij cum Sanchez. *L. 9. de Matrim. disp. 1.*  
*n. 31.* Layman. *l. 1. tr. 4. c. 20. n. 3.* Ratio  
 quia ignorantia quæcunque non crassa censetur  
 vis: ideoque sicut culpæ gravitatem minuit,  
 venialem reddit; ita æquum est, ut & pœna  
 minuat, imò tollat, si pœna sit latæ sententiæ  
 si verò sit sententiæ ferendæ à Judice, is autem  
 niam delicti dare, aut aliam mitiorem arbitratum  
 imponere debet, uti notat *Laym. cit. III.* Ignorantia  
 Juris vel facti crassa, lata, supina, non  
 non excusat à mortali peccato, ita neque à pœna  
 per legem decreta, etiamsi gravis illa sit. *Com-*  
*munis Doctorum ex c. de constitut. in 6.* Excusatur  
 nisi pœna decreta sit cum hujusmodi forma  
*Qui scienter, temerarie, an su temerario consilio*  
*fecerit, vel contra facere ausus fuerit, vel p-*  
*sumpserit: &c.* Tunc enim etiam ignorantia  
 crassa, vel lata, at non affectata excusabit: uti  
 communi Doctorum latè docet Sanchez. *cit. de*  
*32. a. n. 36.* Exemplum, præter alia, habet  
*Jure c. 1. de eo, qui cognovit.* Si quis cum filia  
 sua scienter fornicatus fuerit, nec à matre debet  
 petere, nec filiam unquam poterit habere  
 rem. Ex quo colligit *Sanch. cit. num. 47.* Ignorantiam  
 ignorantiam facti crassam excusare ab incurra-  
 pœna privationis juris petendi debitum, eum  
 consanguineam uxoris suæ cognovisset. De  
 ignorantia affectata, quia scientiæ æquipa-



nullam peccantibus excusationem adfert: uti jam supra num. 37. in fine notatum.

II. De Ignorantia solius pœna, non juris vel facti.

**R**espondetur. I. Qui non ignorat legem la- 39  
tam, seu factum aliquod lege esse prohibi-  
tum, ignorat autem annexam pœnam: si illam le-  
gem prævaricetur, non culpæ solum, sed etiam  
pœna reus efficitur ordinariè. Ut si scias præce-  
ptum Ecclesiasticum de annua Communione pas-  
chali, etsi ignores pœnas annexas, ijs tamen ju-  
ste puniris, si prævariceris. Si sciat maritus lege  
Ecclesiasticâ specialiter interdictam esse copulam  
cum consanguinea uxoris intra secundum gradum  
(idèmq̃ue est de cognatione spiritali) etsi igno-  
ret annexam pœnam abstinendi à petendo debito,  
eam tamen incurrit: &c. Ex communi Molina  
tract. 5. de Jussit. disp. 71. Sanchez supra n. 21.  
Laym. n. 6. contra Navar. c. 23. num. 47. & alios  
apud Tamburin. l. 1. in Decal. c. 2. §. 10. n. 12.  
quorum opinionem etiam probabilem censet San-  
chez loc. cit. Ratio nostræ sententiæ est. Quia  
omnibus notum est transgressorem justæ legis ju-  
ste puniri pœnâ aliquâ, seu ordinariâ à lege sta-  
turâ, seu arbitrariâ judicis: ergo qui voluntariè  
legem transgreditur, eo ipso implicite censetur  
consentire in pœnam, si quæ lege decreta sit, sal-  
tem ordinariam, & non exorbitantem. conse-  
quenter justè ad illam obligatur. II. Excipitur  
imprimis censura omnis, utpote excommunica-



tio, suspensio, interdictum. Nullus enim in-  
 rit censuram propter delictum, etiam contra  
 tam legem, si ignoret illi annexam esse censuram  
 ignorantia quavis non crassa vel affectata. Uti  
 communi latè probat Sanchez *supra* n. 13. No-  
 varr. Suarez, alij cum Laym. l. 1. Tract. 4. p.  
 c. 5. n. 8. Ratio alibi assignanda est: quia ad  
 currendam censuram, requiritur contumacia  
 nullus autem potest censerì verè contumax contra  
 legem Ecclesiæ cum comminatione tantæ pœ-  
 næ aliquid præcipientis vel prohibentis, delinquens  
 si ipsam pœnam ignorat. Unde probè  
 censet Layman proximè citatus, eo casu ad  
 incurrì irregularitatem, non tantum ex delicto  
 de quo nemo dubitat, sed etiam ex delicto,  
 homicidij voluntarij, quia irregularitas  
 ex delicto, non imponitur ob contumaciam,  
 potius propter turpitudinem culpæ, quàm crimi-  
 nus, secundum Ecclesiæ Canonem inhabilis re-  
 ditur ad Sacrum Altaris Ministerium. Con-  
 tamen etiam non incurrì cum multis alijs pro-  
 biliter sustinet Sanchez *cit.* n. 17. III. Excep-  
 da etiam est pœna extraordinaria, exorbitans  
 admodum gravis plus, quàm delictum abso-  
 spectatum mereatur. Ratio in prima respon-  
 insinuata est. Quia in talem pœnam igno-  
 nulla modo censetur consentire, si legem tran-  
 grediatur. Ut si peregrinus transeat per regi-  
 nem, in qua sub pœna mortis, vel alia gravissimè  
 prohibita est venatio ferarum: non erit tanta  
 ciendus pœna, si legem notam quidem violet.



ignorans gravitatem pœnæ. Unde etiam resol-  
vit Sanchez l. 4. in Decalog. c. 22. n. 19. Si quis  
voveat non fornicari, v. g. sub pœna profitendi  
Religionem, & postea, etiam memor voti, sed  
inmemor pœnæ, fornicetur, non obligabitur pœ-  
nâ; quia est exorbitans. Votum enim obligat ad  
modum legis: lex autem non obligat ad pœnam  
exorbitantem ignoratam. Secus in nostra sen-  
tentia dicendum, si pœna voto annexa non exor-  
bitans, sed moderata fuisset, v. g. oratio, jejunium  
&c. Quod tamen ipsum non improbabiler  
etiam admittunt alii *respons.* i. allati.

## SUBSECTIO II.

### De Violentia.

#### SUMMARI A.

40. Violentia quid? & quomodo inter se conveniant, &  
differant violentum, coactum, involuntarium, & ne-  
cessarium.
41. Violentia in actibus voluntatis elicitis positivè non tol-  
lit voluntarium;
42. Sed solum in imperatis, seu potius, imperabilibus
43. Tollit omne voluntarium:
44. Adæque & omnem culpam, seu peccatum.

**V**iolentia est vis ab extrinseco illata alicui 40  
cogens ad aliquid agendum, vel patiendum  
contra ejus naturalem, vel elicitam inclinatio-  
nem, seu appetitum. Non omninò conveni-  
unt, sed non nihil differunt inter se



*Violentum, coactum, involuntarium,  
necessarium.*

**V**iolentum definitur ab Aristotele 3. Ethic. c. 1. *Cujus principium est extra, passivè conferente vim.* Quod debet intelligi, non tantum negativè, sed etiam positivè: hoc est: passivè, vel virtute suâ intrinsecâ non modo non operante, sed etiam renitente, ac resistente actioni violentæ. Alioquin illuminatio aëris v. g. est ei violenta. Hoc convenit omnibus rebus, etiam inanimatis, & potius dicitur, quod est contra naturalem rei inclinationem, ut motus lapidis sursum. *Coactum* etiam requirit, ut sit à principio extrinsecò, & contra inclinationem passivè elicitam, ideòque solis cognoscentibus competit, hominibus, brutisque commune. *Involuntarium*, præterquam, quòd ipsa voce soli hominibus competat, principaliter tantum requirit, quòd fiat contra inclinationem voluntatis renitentiæ, sive deinde sit à principio etiam extrinsecò, sive intrinsecò, ut motus primò primi post adventum tiam repugnante voluntate perdurantes, vere involuntarij: at non coacti, quia non à principio extrinsecò. *Necessarium* contra dicitur, quòd fiat à principio determinato ad unum sive intrinsecò, sive extrinsecò, & quidem semper secundum naturalem inclinationem, non tamen secundum per secundum inclinationem elicitam. Ut motus naturales hominis, voluntati aliquando voluntarij, aliquando involuntarij, aliquando involuntarij. Vide dicta *num. 17.*



ASSERTIO VI.

**V**olentum, seu coactum, non in actibus voluntatis elicitis, activè & positivè, sed imperatis tantum, tollit omne voluntarium, omnemque culpam. Certa apud omnes.

§. I.

**N**on in actibus voluntatis elicitis; ut velle, vol- 41  
 le, amare, odisse &c. In his enim repugnat violentari voluntatem. Quia violentum est à principio extrinseco, & contra inclinationem passivè: atqui omnis actus voluntatis elicitus est à principio intrinseco scil. ipsius voluntatis, & maximè secundum inclinationem ipsius, cum sit ipsa ejus elicità, & actualis inclinatio in objectum, si unum horum desit, hoc ipso non erit actus elicitus voluntatis. Aut dato, quòd DEUS prævè possit determinare, & cogere voluntatem ad eliciendum aliquem actum renitente ipsà, erit fanè ille actus involuntarius, at minimè violentus, quia non à principio extrinseco immediatè, ut vides: ergo implicat voluntatem violentari, vel cogi quoad actum aliquem elicitum: nim: *activè & positivè*. Quia sine dubio potest voluntas à DEO violentari. 1. *passivè* ad recipiendam aliquam formam contra ejus naturalem, vel elicitam inclinationem, uti defacto experiuntur animæ damnatæ: 2. Etiam *negativè*, ad non agendum, seu non producendum aliquem actum, ad quem maximè inclinatur. Potest enim DEUS subtrahere suum



suum concursum, sine quo nullum potest ad  
elicere.

## §. II.

42 **S**ed imperatis tantum, : vel potius imperatis  
bus aliarum potentiarum, praesertim exte-  
rum actibus, ac motibus voluntas violentari,  
cogi potest, quatenus contra ejus inclinationem  
& imperium potentiae, vel membra externa  
sunt à principio extrinseco illata vi compelli  
compesci ad agendum, non agendum, vel  
faciendum aliquid: hoc autem fieri posse, imò  
facto fieri, nimis notum est; ergo &c. Quae  
quam nec sic quidem ipsae potentiae seu membra  
ad agendum directe violententur, sed indirecte  
tantum & applicativè; v. g. oculus vi apertus  
violentatur ad eliciendam ipsam visionem, quae  
necessariò elicit, sed solum quoad applicationem  
potentiae ad objectum. Sed de his satis.

## §. III.

43 **T**ollit omne voluntarium. Imò debet  
dere simpliciter involuntarium, ex ipsa  
definitione violenti, & coacti, quòd nim. fiat à prin-  
cipio extrinseco contra ejus naturalem, vel elici-  
tam inclinationem: utpote appetitu seu volunta-  
te non modò minimè cooperante, vel consensu-  
ente, verum etiam omnimodè resistente, renu-  
tente, nolente. Alioquin eo ipso, quo voluntas  
quomodolibet expressè vel interpretativè conser-  
taret ad aliquid extrinsecum sibi illatum, jam ce-  
saret esse voluntarium simpliciter, & inciperet  
voluntarium saltem secundum quid. Quia,   
optim



optimè notat S. Thomas. 1. 2. q. 6. art. 5. *Licet, qui volens patitur, non conferat agendo, confert tamen volendo pati.* Unde Passio Christi, quamvis eatenus fuerit violenta, quatenus causata fuit ab extrinseco principio contra inclinationem naturalem, ac elicitam appetitûs inferioris, non tamen fuit simpliciter violenta, & voluntaria, sed potius voluntaria simpliciter, quatenus acceptata à promptissima voluntate Christi, secundum rationem superiorem, & voluntatem divini Patris.

§. IV.

**O**mnemque culpam, seu peccatum tollit prædicta violentia, vel coactio; cum nihil possit esse peccatum, nisi voluntarium. Nullo ergo modo peccat. 1. Qui violenter aperto ore, vinoque infuso inebriatur. 2. Qui violenter inclusus cogitur omittere Sacrum. 3. Qui violenter tractus ad Idola per vim curvatur genibus, prosternitur, manus cum thure violenter prunis admoventur (ut quandoque factum SS. Martyribus) non committit Idololatriam formalem, ut habetur c. *Majores de Baptismo*. 4. Virgo vi oppressa non peccat, neque virginitatis Laureolam amittit, uti ex S. Augustino & aliis Patribus habetur causa 32. q. 5. c. 3. Verùm in his & similibus casibus violentiæ, ad evitandum peccatum, duo necessaria sunt: Unum, ut violentiam passus, v. g. Virgo oppressa, habeat constantem voluntatem contrariam; quamprimum enim quocunque modo consenserit, jam cessabit violentia, & incipiet voluntarium atque peccatum;

O 5

44



tum: Alterum, ut impediatur exterius, v. g. resistendo corporis conatu, atque connisu, quatenus utiliter potest, & rationabiliter debet. Alioquin eo ipso, quod tantum potest & debet, non imputatur, censetur consentire interpretative, adeo peccare, uti colliges ex *Deut. c. 22.* ubi statuitur in domo juberetur lapidari, in agro non. Quia in domo utiliter clamare potuisset, quod non fecerit, sponte consensisse merito perimitur.

### SUBSECTIO III.

#### De Metu.

#### SUMMARIUM.

45. Metus est instantis, vel futuri mali causa mentis perturbatio.
46. Metus alius est ab intrinseco alius ab extrinseco.
47. Alius gradis, alius levis.
48. Alius reverentialis.
49. Metus quicumque non perturbans rationem, non involuntarium simpliciter,
50. Adeoque nec per se tollit actum bonum,
51. Nec in toto excusat à peccato;
52. Nisi quandoque indirectè, quatenus in casu gradus mali lex subinde obligare cessat.
53. Et quicumque ratione excusat à culpa, in toto, & eadem etiam excusat à pena.
54. Nec infirmitat promissiones, vota, contractus, &c.
55. Nisi sit gradis, & injustè incussus ad extorquendum:
56. Unde probabilissimè etiam ipso jure naturæ irriti non tantum omnes omninò contractus, vel promissiones tali metu extortæ,
57. Sed etiam vota quævis, non jurata.
58. Non tamen juramenta:



59. *Nec Sacramenta, sic collata & suscepta (excepto matrimonio:)*

**M**etus definitur à Jurista in *l. 1. ff. De eo*, 45  
 quod metùs causâ, *Instantis, vel futuri ma-*  
*licausâ mentis trepidatio.* Adeoque agere ex me-  
 tu, est ex timore mali imminentis, vel futuri ali-  
 quid agere, quod aliàs agere nollet.

*Metus ab intrinseco, & extrinseco.*

**M**etus *ab intrinseco* profectus dicitur, cùm 46  
 quis ad avertendum aliquod malum à  
 causis naturalibus vel fortuitis imminens aliquid  
 agit, quod aliàs nollet. Ut si metu naufragii mer-  
 ces è navi projicias, peregrinationem voveas: vel  
 morte plectendus ex justitia, meretricem in ma-  
 trimonium ducas, ut alicubi mos est. *Metus ab*  
*extrinseco* incussus dicitur, qui à causa libera, seu  
 alio homine directè incutitur ad aliquid agen-  
 dum, quod alter aliàs nollet: & potest esse vel *ju-*  
*stus*, incussus scilicet à persona, quæ justè potest,  
 & debet incutere: ut si is, qui sponsalia contraxit,  
 volens resilire sine justa causâ à Magistratu Eccle-  
 siastico intentatâ excommunicatione, compella-  
 tur ad matrimonium contrahendum: Si Princeps,  
 intentato extremo supplicio compellat ad leges  
 servandas. Vel *injustus*, incussus scilicet ab eo,  
 qui nullum habet jus incutiendi: Ut si latro mor-  
 tem intentet, nisi pecuniam des, vel promittas:  
 Si alius mortem, vel aliud grave malum minetur,  
 nisi filiam suam, uxorem ducas, &c.

*Metus*



*Metus gravis, vel levis.*

47 **M**etus gravis justus, probabilis, & cadens in constantem virum dicitur, quo gravis malum vitæ, famæ, vel fortunæ timetur imminens, vel intentatum, quale nimirum malum est viro forti, & constanti meritò sit formidabile. Est metus mortis, mutilationis, cruciatûs atrocis, servitutis, exilii, carceris diuturni, gravis lætitiæ, violenti stupri, amissionis status honorum, ci, amissionis omnium bonorum, vel notæ partis, & denique excommunicationis injuriæ & alia his æqualia: eaque inferenda aut propria personæ, aut valde conjunctæ, parenti, uxori, liberis. Universaliter autem metus, ut justus esseatur, necesse est, ut sit majoris mali, quam quod metûs causâ suscipitur: v. g. mortis metu dare pecunias, metus justus est: in contrario est metus injustus. Metus levis injustus, improbabilis dicitur, & non cadens in constantem virum qui ob leviora mala imminencia, & intentata suscipitur. Verùm de his universalis Regula non potest, sed prudentis judicio dijudicandum est consideratis circumstantiis, præsertim personæ tam passæ, quam incutientis metum, senectutis &c. Minor enim metus requiritur in senectute, quàm in viro; in juvenili, quàm in maturo ætate. Vide *Navarr. l. I. consil. 10. n. 3. Sanch. l. 4. de Matrim. disp. 3. per totam.*

*Metus Reverentialis.*

48 **M**etus reverentialis dicitur, quo filius timet offensionem Parentum; pupillus Tutorum



rum: subditus Principis, Monachus Prælati: Clericus Episcopi, uxor mariti. Hic metus, quamvis secundum se consideratus gravis non sit, atque in foro externo censeatur levis, reverà tamen sæpissimè evadit gravis & injustus, ut si sit gravis, & diuturnæ offensionis, si accedant minæ, preces importunæ, imperiosæ, protervæ, timor malæ tractationis in futurum &c. prudentis judicio trutinanda. Placet judicium P. Marchant. in resol. notabil. Casuum de Sacramento Ordinis, casu II. Exscribo tibi totidem verbis:

I. Respondeo metum reverentialem etiam respectu matris, maxime si conjungatur sollicitationibus importunis, & aliis similibus mediis reputari, & equivalere in adolescente filiofamilias timorato & meticuloso sub cura parentum degente, & ab illis dependente, metui cadenti in constantem virum. Hanc sententiam docet, & pluribus allegatis Authoribus, tanquam probabiliorem sequitur Sanch. l. 4. de matrim. disp. 5. num. 5. 7. 8. Et majori ratione eandem sequuntur, qui asserunt matrimonium, & professionem annullari per preces importunas unà cum metu reverentiali conjunctas, sicut annullantur per minas cum eodem metu &c.

II. Pro qua resolutione perfectè penetranda, advertendum est, metum cadentem in constantem virum ex tribus mensurari debere. I. Ex persona metum inferente, cui nimia obligatio debetur, ut est parens, maxime, si magnà auctoritate, animositate, austeritate, gravitate polleat apud filios,



ita ut magno illis timori sit & formidini. II. In persona metum patiente, qua de se timida & languida est, ut constat de filiis familias, quod interdum plus timent oculum parentum, plus timentur apprehensione indignationis, molestia aversione ipsorum, quam gravi malo ab exteriori persona illato. III. Ex objecto vel modo inferendi. Et si enim interdum nec mina, nec verbera veniant, torvus tamen vultus, indignatio, diminuta dilectionis, vel damni alicujus in distributione bonorum, vel durioris tractationis, & hujusmodi, saepe metum cadentem in virum cogentem causant: ut pro dolor! frequenter experitur in filiis familias, qui invitati ad Religiones & capessendos, contra propriam voluntatem, coguntur.

III. Ex quibus quidem capitibus cum saepe dicitur, qui in uno censetur levis, in alio graviter repatetur: Jure decretum est, ut ubi aliqua auctoritas suppetit, arbitrio Judicis vel Personae gratiae in foro externo, in interno autem arbitrio Confessarii, aut viri prudentis relinquatur, ut communiter DD. cum Glossa in c. cum dilectus. De his, qua vi.

IV. Ubi igitur constat de gravi metu reprobationis, accedentibus sollicitationibus gravibus, indignatione quarum filius familias reformidat indignationem gravem, aversionem, torvum vultum, duram tractationem, privationem alicujus portio notabilis in distributione bonorum, vel amissionem maxime ubi pater vel mater multa auctoritate



proles pollent, judicandum est, juxta circumstan-  
 tias rerum & personarum de metu reverentiali  
 equivalente metui cadenti in virum constantem.  
 Dixi in resolutione: Etiam respectu matris. So-  
 lent enim matres saepe animosiores esse, & severiores  
 in proles, ac imprudentiores, ita ut indignatio ma-  
 tris apprehensa plus torqueat saepe, quam Patris:  
 utpote quod matres soleant frequenter etiam Pa-  
 tres ad indignationem adversus filios concitare.  
 Hoc notat etiam Sanchez. sup. disp. 6. n. 3. Ha-  
 ctenus Marchant quæ bene observa ad varios ca-  
 sus applicanda.

A S S E R T I O VII.

**M**etus quicumque non perturbans rationem,  
 non causat involuntarium simpliciter, sed  
 mixtum simpliciter scilicet voluntarium, & secun-  
 dum quid tantum involuntarium: adeoque per se,  
 nec tollit actum bonum; nec in toto excusat a pecca-  
 to; nec infirmit promissiones, vota, contractus, nisi  
 sit gravis, & injuste incussus ad extorquendum.  
 Hæc assertio sanè magni momenti est, & ad ca-  
 sus latè patens, ideoque accuratior debetur expli-  
 catio.

§. I.

**N**on causat involuntarium simpliciter. Omnes  
 cum Aristotele 3. Et hic c. 1. Ratio est.  
 Quia voluntarium est, quod deliberatè fit ab a-  
 gente cognoscente singula: sed omnis ex quo-  
 cunque metu agens, v. g. metu mortis dans pecu-  
 niam latroni: metu naufragii ejiciens merces.  
 &c.



&c. is deliberatè omninò, consideratis omnibus  
 tanquam híc & nunc bonum sibi eligit pecuniam  
 dare, vel merces ejicere: ergo metus qui coactus  
 relinquit actum ex eo factum verè voluntarium  
 consequenter *non causat involuntarium simpliciter.*  
 Contrà. Involuntarium etiam est, quod fit  
 cum aliqua nolitione seu aversione actuali vel vir-  
 tuali voluntatis: sed id, quod quis ex metu agere  
 liquin minimè acturus, semper fit cum actuali  
 vel virtuali nolitione, aversione, displicentiâ  
 tristitiâ voluntatis, uti experientia notissimum est.  
 ergo metus reddit actum etiam aliquo modo  
 voluntarium: ideóque *mixtum* ex voluntario  
 involuntario. *Uteriùs.* Illud, quod voluntarium  
 simpliciter, efficaciter, & actu vult & exequitur  
 & solum ineffaciter ac conditionatè nolle, si  
 aliquid urgeret, hoc simpliciter est voluntarium  
 ut ex terminis patet: sed sic est in proposito  
 enim mercator metu naufragii ejicit merces, simpliciter,  
 efficaciter, & actu vult, atque exequitur  
 ejectionem, & solum ineffaciter, & conditionatè  
 nolletate ac aversione nollet ejicere, nisi metus  
 geret gravioris mali: ergo metus causat voluntarium  
 simpliciter, & secundum quid tantum involuntarium.  
 Unde Juriscons. in l. si mulier ff. de iur. hereditatem,  
 pato me heredem fieri. Quia quædam  
 si liberum esset, noluissem, coactus tamen volui.

§. II.

50 **P**er se non tollit actum bonum. Eo ipso  
 rum, quo metus relinquit actum voluntarium



simpliciter, etiam relinquit bonum, si nihil aliunde deficiat: at bene adverte: dummodò involuntarium secundum quid admixtum, seu nolleitas, aversio, displicentia illa talis actus tendat in actum, non ut bonus vel præceptus est, ut quis ita comparatus sit, ut nisi metus urgeret, nollet agere bonum, servare legem, sed transgredi, ac peccare vellet, quæ nolleitas vel velleitas sine dubio inficit actum: sed solùm tendat in actum vel omissionem ejus, ut est difficilis, molestus, appetitui contrarius: ut quis ita affectus sit, ut nisi metus urgeret, solùm non vellet, vel non moveretur subire talem molestiam, vel carere tali voluptate, quæ nolleitas, aversio, displicentia vel repugnantia, tantum abest, ut inficiat actum, quin ejus bonitatem ac meritum augere possit: virtus enim tendit in ardua.

Unde collige, quid sentiendum sit de eo, qui ex metu gehennæ præcepta DEI servat, non sine admixto involuntario secundum quid, seu nolleitate & aversione aliqua. Quòd si enim metus gehennæ sit causa finalis & principalis motiva implendi opus præceptum, adeò, ut quis positivè nollet, aut per modum propositi efficacis secum statueret, non implere opus præceptum, nisi metus gehennæ urgeret, talis metus omninò servilis & malus ipsum opus inficeret. Eo enim casu homo solam pœnam timet super omne malum, ac seipsum & proprium commodum amat super omne bonum, quod repugnat Charitati divinæ. At verò, si metus gehennæ sit solùm causa secun-



daria impulsiva ad implendum præceptum, ad  
ut quis solummodò non vellet, non moveret  
hic & nunc ad servandum præceptum, & sup  
randam, subeundamque molestiam, & difficul  
tem, à qua simplici nolentate vel displicentia  
horret, nisi metus gehennæ extimularer: tunc  
metus, & actus inde factus non est vitiosus,  
honestus ac virtuosus esse potest. Potest enim  
lis metus provenire ex habitu & virtute spei Theo  
logicæ, cum ejusdem virtutis sit, bonum suum  
prosequi, & fugere oppositum malum.

## §. III.

§ I **N**ec in toto excusat à peccato. Eo ipso nimirum,  
quo metus relinquit voluntarium simpliciter,  
in actione aliàs mala, etiam relinquit peccatum  
simpliciter, contrà tamen, eo ipso, quo  
metus, admixto involuntario secundum quod  
ipsum voluntarium minuit, etiam minuit culpam  
seu excusat à peccato *in tanto*, proportionabiliter,  
eò magis, quo gravior vel injustior est metus.  
Ratio primi est. Quia nullus metus justus  
& excusans actum aliquem esse potest, nisi  
majoris mali, quàm id, quod metus causa  
pitur: atqui peccatum etiam minimum, magis  
est malum omni alio malo, etiam morte, &c.  
ste S. Augustino l. I. de Civit. DE ic. 18. re  
s. itane 32. q. 5. ergo nullus metus, quantum  
gravissimi mali potest excusare à peccato: cum  
juxta commune dictum: præstet millies magis  
quàm DEum vel levissimè offendere. Quare neque  
pro tuenda vita propria vel aliena, officiosè me



tiri fas esse, rectè docet idem S. Augustinus in Psal. 5. *relatus c. Ne aliquis. 32. q. 1.* Ratio secundi, quòd metus excuset in tanto, per se manifesta est. Insuper

Potest metus gravissimi mali totaliter excusare à peccato indirectè, quatenus in casu tanti mali vel periculi ipsa lex obligare cessat: ad quod discernendum accipe has veluti regulas. I. Nullus omninò metus cujuscunque mali, etiam mortis atrocissimæ excusat in lege naturali quoad illas actiones, quæ sunt intrinsecè & ex objecto malæ, sicut nullâ ratione cohonestari, vel licitè fieri possunt, uti sunt mendacium, odium DEI, abnegatio fidei, blasphemia, idololatria, accessus ad non suam, pollutio, occisio directa innocentis, &c. Et quamvis metus gravis minuens voluntarium, etiam in his minuat culpam, certè tamen, si adsit debita advertentia, nunquam à mortali extenuabit usque ad veniale: quia malitia intrinseca gravis ab eis inseparabilis est, supposito sufficienti voluntario, uti cum alijs bene notat *Tamburinus l. I in decal. c. 2. §. 9. n. 1.* II. Metus tamen gravis mortis &c. excusat etiam in lege naturali quoad illos actus, qui aliquâ ratione cohonestari, seu in aliquo casu licitè fieri possunt, cessante scilicet tunc obligare ipsâ lege naturali. Sic lex homicidij cessat obligare, quando imminet periculum propriæ mortis ab injusto invasore. Lex furti cessat obligare in casu extremæ necessitatis. Lex restitutionis cessat obligare, quando timetur grave damnum vitæ vel famæ propriæ. Sic excusantur Christia-



ni apud Turcas remigantes contra Christianos  
 famuli cooperantes non proximè Dominis ad  
 justitias vel alia peccata metu mortis, &c. *Com-  
 munitis doctrina.* III. Similis metus gravis etiam  
 excusat in transgressione legis divinæ positivæ  
 respicientis bonum, seu utilitatem propriam op-  
 erantis: ut de integritate confessionis, de conser-  
 vatione votorum, festorum, &c. Cum enim  
 hæc & similia divinitus jubeantur ob bonum  
 rituale operantis, non præsumitur bonus Deus  
 velle obligare cum tanto rigore & periculo op-  
 erantis; Secus est de legibus divinis principaliter  
 respicientibus bonum commune Ecclesiæ  
 sunt omnia Christi positiva præcepta de adminis-  
 tratione Sacramentorum in debita materia & for-  
 ma, Consecratione in duplici specie, Sigillo Con-  
 fessionis, &c. in quibus nullo metu excusatur  
 transgrediens. *Suar. Vasq. apud Bonacin. dist. 2.  
 de peccat. q. 8. p. 2.* IV. Metus verò gravis mor-  
 tis, &c. per se semper excusat in transgressione  
 legum & præceptorum humanorum Ecclesiasti-  
 corum, & Politicorum: quia hæc ex mente Legi-  
 slatorum nunquam censentur obligare cum  
 tanto rigore, neque verò obligare possunt, nisi  
 non essent justæ & rationabiles leges. *Communitatis  
 doctrina in materia de legibus.* Dico autem  
 se. Per accidens enim lex humana, vel præcep-  
 tum potest obligare & defacto obligat etiam  
 cum certo periculo ac dispendio vitæ, famæ, &c.  
 tunc nullo omninò metu excusante, quando



que concurrat aliqua lex superior ita obligans. Ut-  
 pote imprimis, quodocumque ex legis humanæ  
 observatione majus Reipublicæ bonum speratur,  
 vel ex ejus neglectu majus malum Communitatis  
 timeretur, quam æstimari debeat periculum vel di-  
 spendium vitæ, famæ, vel fortunæ unius homi-  
 nis. Ut si Summus Pontifex Sacerdoti præcipiat,  
 ut etiam cum vitæ periculo fidem Paganis præ-  
 dicet, ob speratum lucrum animarum. Si Epi-  
 scopus Paracho, Princeps Medico inhibeat tem-  
 pore pestis, ne fugiant. Si belli Dux militi præ-  
 cipiat, ut stationem servet, tueatur præsidium sibi  
 commissum, hostem, aggerem, murum aggre-  
 diatur, tenentur parere etiam cum evidentissimo  
 mortis vel mutilationis periculo. *Secundum o-*  
*mnes.* Deinde quodocumque transgressio huma-  
 næ legis vel præcepti cessura est in contemptum  
 Legislativæ potestatis, fidei, aut Religionis Chri-  
 stianæ detrimentum, grave scandalum ac ruinam  
 spirituales proximorum, aut peccatum pro-  
 prium. Tunc enim ipsa lex naturalis obligabit  
 ad observationem legis humanæ, & transgressio-  
 nem intrinsecè malam constituet, uti bene notant  
*Sotus, Suarez, alij cum Laym. l. 1. Tract. 4. cap.*  
*14. n. 6.* Sic ergo metus mortis, vel alterius  
 gravis mali per se quidem semper excusat in legi-  
 bus positivis & præceptis Ecclesiæ, utpote de je-  
 junio servando, audiendâ Missâ in die festo: de  
 celebrando cum talibus paramentis sacris: de ex-  
 communicati segregatione, &c. v. g. versans  
 inter hæreticos, die jejuniij licitè potest comede-



re carnes, aut die festo omittere Sacrum, ne agnus Catholicus grave periculum vel damnum incurrat; at si comestio carnis proponeretur in contemptum Religionis: aut ad professionem sectæ hæreticæ, utpote dicendo: *quisquis est averſus fide Papistica, nobiscum carnes comedat, &c.* Catholicus obligabitur cum certo vitæ periculo abstinere: quia in ijs circumstantijs carnes comedens ipſo facto fidem negaret, quod est intrinſecè malum. Similiter distinguendum est, si Tyrannus morte intentatâ compellat Sacerdotem celebrare non ieiunum, vel sine sacris vestibus Ecclesiastico jure requisitis. Eâdem ratione excommunicatus non tenetur cum periculo vitæ & famæ abstinere à Communione fidelium etiam Sacris: quin etiam Sacerdos vel Parochus occultè excommunicatus tenebitur celebrare, vel Sacramenta ministrare, cum ex officio petitur, & absque sui infamia, vel aliorum scandalo negare nequit: uti docent *Authores citati, cum Sanchez l. 1. Moral. c. 18.* Secus dicendum, si ad id metu urgeretur in contemptum Ecclesiæ. Ita denique aliquis metu mortis, vel alterius gravis mali ab actu licitè contrahet matrimonium cum consanguinea, affine, aliòve impedimento jure positivo dirimente, cum intentione faciendi, quantum facere licet: vel, *si nihil obſtet*: Non tamen licet consummabit ante impetratam dispensationem quia esset copula fornicaria lege naturali prohibita, & intrinſecè mala. *Sanchez. l. 7. de Matrim. disp. 16. Laym. cit. n. 10. Communis.*



Tandem metus quâcunque ratione excusat à 83  
 culpa seu peccato in toto, vel in tanto, eâdem ra-  
 tione etiam sine dubio excusabit à pœna ei delicto  
 decreta, vel decernenda. Quin etiam, qui ex  
 gravi metu mortis, infamiae &c. transgreditur le-  
 gem vel præceptum Ecclesiae, esto in re aliàs lege  
 naturali prohibita à peccato etiam mortali non  
 excusetur, non tamen incurrit censuram anne-  
 xam. Ut si quis gravi metu contrahat, & consum-  
 met matrimonium cum consanguinea, non incur-  
 rit excommunicationem in jure latam. *Clement.*  
*un. De consanguinit. & affin.* Ratio est: quia ad  
 censuram incurrendam requiritur contumacia, &  
 interpretativus contemptus: qui autem ex gravi  
 metu peccat, alioquin non peccaturus, quamvis  
 adhuc verè peccet, non tamen potest censerì con-  
 tumax, aut ex contemptu Ecclesiasticæ potestatis  
 delinquere, sed potius ex mera infirmitate. *Ita*  
*ex communiore Suarez l. 3. de Leg. c. 30. Layman.*  
*l. 1. tract. 5. part. 1. c. 5. n. 9.* ubi his contrarium  
 locum difficilem Juris Can. explicat.

§. IV.

**N**ec infirmat vel invalidat promissiones, vota, 84  
*contractus &c.* Ratio generatim est. Quia  
 voluntarium sufficiens ad actum humanum per-  
 fectum & peccatum mortale, per se loquendo est  
 etiam sufficiens ad contrahendam obligationem  
 promissionis, voti, contractus &c. nisi specialis  
 lex vel ratio obstet: sed id, quod fit ex metu quo-  
 cunque non perturbante rationem, adhuc est sim-  
 pliciter voluntarium, ac sufficiens ad actum hu-  
 ma-



manum ac peccatum mortale, ut haecenus u.  
 2. & 3. declaratum: ergo per se loquendo, etiam  
 est sufficiens, ad contrahendam ejusmodi obligacionem,  
 consequenter non invalidabit promissiones, vota,  
 contractus &c. saltem (eatenus contra non  
 conveniunt.)

*Nisi sit gravis, & injustè incussus Metus  
 extorquendum actum.*

§ I. **N**isi sit metus incussus ab extrinseco nimirum  
 Certo enim est, nullum metum ab intrinseco profectum,  
 quantumvis gravem, in validum esse, ut in votis,  
 vel contractibus, ut si metu mortis in timore  
 fragio, vel tempestate, tempore pestis, vel periculosi morbi,  
 aut à justitia justè inferenda vota peregrinationem,  
 Religionem, vel aliud, promittas, vel jures puellam  
 pauperem ducere, vel tunc, &c. votum, vel promissio  
 omnia iure rata erunt & obligabunt. Quia nimirum  
 sufficienter voluntaria ab intrinseco, & nihil eis obstat  
 ab extrinseco. *Juxta communissimam Doctorum sententiam.*  
 Excipe semper. Nisi metus adeo gravis esset, ut etiam  
 usum rationis ac deliberationem impediret, quod tamen  
 raro accidit, & in dubio non praesumitur, sed probandum est.

II. Metus incussus ad extorquendum actum.  
 Quod si enim metus quantumvis gravis, & injustè  
 incuteretur non ad extorquendum actum, sed ad alium  
 finem: ut si ad evadendum mortem tyranni, latronis,  
 inimici mortem minitantem tu spontè aliquid DEO  
 voveas, vel promittas:



ad evadendam mortem seu justè seu injustè inferendam, tu spontè eligas, Judicis vel licitoris filiam ducere vel dotare, pecuniam dare, &c. Votum, contractus, promissio omni jure valida erunt & obligabunt, ob eandem rationem suprà datam: Et quia licèt metus injustè incussus fuerit occasio, non tamen fuit causa vera ita votendi vel promittendi, sed sola libera voluntas, quæ tale medium ad evadendum malum imminens elegit, præter intentionem metum incutientis. *Sanct. l. 4. moral. c. 3. n. 4. Marchant. Tribun. p. 2. Tr. 3. tit. 4. q. 1. dub. 2. Communis.*

III. Metus *gravis* seu cadens in constantem virum, consideratis prudentis judicio circumstantijs, juxta prænotata *a. n. 47.* Metus ergo consideratis circumstantijs verè levis, nec cadens in hominem constantem, nullo jure irritat actus, vota, contractus, juxta communem & veram Doctorum sententiam, quam docet *Sanchez l. 4. Moral. c. 3. n. 24. Et l. 4. de Matrim. disp. 17.* Ratio solida est. Quia metus reverà levis, etiamsi injustè incussus, est in potestate operantis ex metu, ut eum facilè repellere, illique non acquiescere possit, idè enim est, & dicitur levis, atque à gravi differt: ergo qui eum, eum facilè possit, non repellit, sed acquiescit, præsumitur etiam in foro conscientia, omninò liberè consentire, promittere, contrahere, &c. ideòque liberè volens non pati notabilem injuriam, quæ sufficere debeat ad irritandum actum: secus est de dolo etiam levi, quem homo ex se non potest repellere, sicut



metum levem, ideoque merito actum saltem in parte rescindi postulat. Itaque non solum vota solenne Religionis, matrimonium, sponsalia, verum etiam quævis alia vota, contractus, missiones, donationes, &c. facta ex metu, etiam si injustè contra libertatem admoto, v. g. filio, vel filiafamilias, uxore, subdito, ex metu reverentiali erga Parentes, Maritum, Prælatum, quo præcisè verentur eis contradicere absque alio timore gravis offensionis, vel gravis mali, (quo evaderet metus gravis juxta prænotata a. n. 48.) in utroque jure valida sunt, & obligationem pariunt, atque sic accepta justè reinvocantur, ob rationem dictam. Quamvis contradicant *Less. Card. Lugo, Castropalans, & alij* *Tamburinum cit. l. 1. c. 2. §. 6. & 7.* Nim. contractus, matrimonium præsertim, etiam ex metu levi injusto extorta in foro conscientie irrita esse, & rescindi: & de matrimonio probabile censetur etiam *Sanob. l. c.* Verum in re tanti momenti, & periculi non recedendum à cummuni sententia, & censo.

IV. Metus gravis, & injustè incussus. Metus enim, quantumvis gravis, justè incussus non irritat actum extortum: idque non solum certissimum est, quando metus justè incutitur alicui, & extorquendum id, quod aliàs debitum est: ut si Magistratus Ecclesiasticus sub pœna excommunicationis, aut Civilis sub pœna mortis vel carceris compellat stupratorem ad ducendam vel detinendam virginem defloratam: aut si debitori tur-



mineris iustam accusationem de crimine patrato, nisi debitum tandem solvat: sed etiam verum est, quando metus iustus incutitur intra vel extra iudicium, ad præstandum quidpiam aliàs indebitum & liberum: ut si Iudex iustè damnaturus sit ad mortem, nisi velis vovere Religionem, aut pauperem puellam ducere. &c. Si mineris homicidam vel furem iustè accusare, nisi aliquid DEO voveat, filiam tuam ducat, pecuniam det vel promittat: &c. *Sanch. ll. cc. De Matrim. lib. 4. disp. 13. Moral. l. 4. c. 3. n. 21. Bas. Pontius, Less. Lugo, alij apud Tamburin. cit. §. 7. n. 3.* Ratio est: Quia tota ratio irritandi tales actus esset injuria illata ad extorquendum: atqui hic nulla fit injuria alteri, quin potius favor & beneficium: non enim sub coactione, sed solum sub conditione proponitur tibi, ut si evitare velis malum, cui tu liberè causam dedisti tanquam minus malum eligendo, voveas, ducas, des, promittas, &c. Oportet quidem matrimonium & vota maximè libera esse: sed, intellige, libertate non læsâ, vel impeditâ injustè: non verò libertate omnimodâ, & quodvis obstaculum excludente, ut patet mille alijs casibus. Interim tamen fateor, non improbabilem esse sententiam in his contrariam *Bonacina, Coninck, & aliorum apud Tamburin. cit. n. 4.* Nimirum matrimonium, & vota sic extorta irrita esse ob apparentem injuriam contra libertatem illorum actuum. His ita declaratis & suppositis, sit

ASSER-



## ASSERTIO. VIII.

Et Regula Generalis.

**M**etus verè gravis & injustè incussus a  
 torquendum actum irritat omnem  
 requirentem consensum promissorium ad iudicandam  
 obligationem ex iustitia seu Religione, iuramento,  
 juramento, ipso jure natura: non item actus  
 quirentes solum consensum in opus presens.  
 assertio collecta ex Doctoribus mox in partibus  
 citandis, est contra Sanchez, Navarrum, &  
 cum Layman. hinc c. 6. n. 8. qui volunt, contractus  
 contractus metu gravi & injusto extortos iuramentum  
 turæ esse validos, quia simpliciter voluntarij  
 men facile rescindendos à Judice, quia per  
 riam extorti: & favent jura civilia. Interim  
 sentiunt cum communi & certa sententia,  
 solennia, matrimonium & sponsalia metu  
 & injusto extorta irrita esse per declarationem  
 Ecclesiæ in jure Canonico.

§. I.

In Contractibus.

56 **N**on tantum contractus facer matrimonium  
 item sponsalia, promissio vel datio dotalis  
 item promissio, vel traditio bonorum Ecclesiasticorum  
 verum etiam omnis omnino contractus, etiam  
 onerosus; ut venditionis, emptionis, mutui, etiam  
 ximè verò gratuitus, ut donationes, legata, testame  
 menta, ac universaliter omnis promissio, vel traditio  
 ditio rei, aliàs obligatoria, ex metu gravi, &



ipso extorta, ipso jure naturæ irrita sunt, & invalida, nullamque ne naturalem quidem obligationem justitiæ pariunt in metum passo, neque ullum jus conferunt extorquenti, vel acceptanti. Ita Molina *disp.* 267. Rebellus *p.* 2. *l.* 1. *q.* 5. *conclus.* 1. *universaliter quoad contractus etiam onerosos.* Basil. Pontius *l.* 4. *De Matrim.* *c.* 6. *num.* 4. Diana *p.* 3. *tract.* 5. *resol.* 118. Tamburinus *c.* 2. *§.* 5. *n.* 15. & 20. *alij plures apud ipsos.* Ratio est: Quia naturali juri, rationi, & æquitati omninò repugnat ex injuria oriri justitiam, seu jus quoddam: quòd nimirum homo per injuriam & injustitiam, injusto & gravi metu incusso extorquens alterius promissionem, vel consensum, possit sibi acquirere jus, & alteri imponere obligationem etiam naturalem justitiæ: ergo fatendum est, talem exactionem, & acceptionem intrinsecè, quoad substantiam, adeoque ipso jure naturali injustam esse, ac invalidam, non secus, ac furtum vel rapinam, atque acceptantem nullum omninò acquirere jus ad rem, vel in re: sed secundum communissimam, etiam Adversariorum sententiam, tali metu extortum, & acceptum in conscientia sine mora restituere obligatur, tanquam injustè acceptum: Quòd si ergo nullum jus exigentis, nulla erit obligatio promittentis, vel consentientis: cum hæc sint correlativa, si nulla obligatio, consequenter nulla promissio, contractus nullus quicumque: qui definitur: *ultrò, citròque obligatio.* Unde Pontius *cit.* *c.* 8. contra *Sancti.* benè probat, ejusmodi contractus irritos esse, non solùm jure



jure naturæ, & in foro conscientiæ, sed etiam in foro positivo, & in foro externo: requiri tamen auctoritatem eorum rescissionem sententiam Judicis, non auctoritatem eorum irritantis, sed solum irritos declarantis. Neque plus probant jura civilia ab Adversariis legata: aut si dicant, tales contractus esse validos, loquuntur de metu levi, saltem secundum presumptionem fori.

## §. II.

*In Votis.*

57 **V**ota non tantum solennia professionis religiosæ, sed etiam simplicia quæcumque jurata, metu gravi, & injusto extorta ipso jure naturali invalida sunt, in utroque foro, unde uti serventur, nullam indigent relaxatione. *Sommo de Justit. q. 2. à 1. & alij apud Sanch. infr. Marchant. Tribun. tom. 2. Tract. 3. tit. 4. dub. 2.* Significat etiam S. Bonaventura in 3. 39. art. 3. q. 2. dicens: *DEUS vult sacrificia voluntaria, non coacta.* Ratio ergo est: tum quia votum debet esse spontaneum DEI obsequium, unde quam maxime liberum esse convenit, quia à jure, & æquitate naturali, divina preceptum, omnino alienum videtur, quod DEUS præcipit, ut obligantem promissionem hominis ab alio homine per malitiam metu gravi, & iniuste extortam; ut si frater fratrem intentatam compellat, resignatam hæreditate, vovere Religionem: si Parentes filios gravi, & injusto metu compellant intrare Religionem, &c. Et



etiam, quo DEUS acceptaret ejusmodi promissionem injustè extortam, censeretur approbare injuriam, & iniquitatem injustè extorquentis: ergo etiam jure naturæ irrita sunt ejusmodi vota injustè extorta. Et quidquid sit de hoc, certum est, irrita esse declarata ab Ecclesia c. 1. *Perlatum. De his, quæ vi.* juxta communem Doctorum cum Sanchezl. 4. *Moral. c. 3. n. 12.* Insuper in *Concilio Trident. sess. 25. c. 18. de Regular. excommunicationis* sententia lata est in eos, qui virginem, aliâve mulierem, ad monasterium ingrediendum, aut professionem emittendam injustè coegerint, de quo latè Sanchez *cit. cap. 4. per totum.* Ex his rectè refert Sanch. *cit. c. 3. n. 18.* & docet noster Marchant. *suprà num. 48. allegatum:* initiatum Ordine sacro ex metu viri constantis injusto, non teneri voto castitatis (idémque est de debito divini officij) Ordini annexo. Atque ita posse sine ulla dispensatione ad nuptias transire, si nolit in Ordinis sacri usu permanere. Quod si ramen, cessante metu, vel semel Ordine sacro usus esset, jam resilire nequibit, quia usus ille esset Ordinis ratificatio.

§. III.

*In Juramentis.*

Juramenta etiam per injuriam metu gravi, & § 2  
 injusto extorta valida sunt, & obligant ex virtute religionis ob reverentiam divini Nominis, & Numinis in testimonium, ac velut fidejussionem promissionis factæ aliàs licitæ invocati, secundum  
 com-



communem Doctorum sententiam ex c. si  
*De Furejurando, &c. ad Audientiam de*  
*qua vi.* Ubi ratio indicatur. Quia omne juramentum  
 voluntarium non vergens in interitum  
 salutis, sed licitè & honestè servabile validum  
 & licitum: talem autem juramentum simpliciter  
 est voluntarium ex dictis: & quamvis conle  
 non esset sufficienter voluntarius in promissione  
 vi extortam, ad inducendam obligationem jurame  
 tiæ, supponitur tamen sufficienter voluntarius in  
 invocationem divini Nominis, & ad inducendam  
 obligationem ex virtute Religionis: Deinde est  
 non vergit in interitum salutis; sed licitè & honestè  
 servari potest, licet peccet extorquens, & acceptans:  
 ergo &c. Quòd si ergo ita jurasti laudare  
 dare pecuniam, Usurario usuram, &c. nec  
 es aliquà æquivocatione v. g. *dabo, si debeo,* &c.  
 garris juramento: sed ob injuriam illatam, aut  
 laxationem petere, aut solutas pecunias in Judicio  
 repetere potes. Si jurasti etiam non repetiturum  
 iterum teneris, & actionem civilem instituere  
 potes, potes tamen instituere actionem criminalem  
 accusando de crimine ad vindictam, aut  
 denunciare Judici, ut ex officio procedat. *Glossa*  
*cit. c. ad Audientiam.* Quòd si etiam hæc denunciat  
 tionem charitativam ad criminis emendationem  
 aut ad publicam, aliisque perniciosam injuriam  
 latronis, vel usurarij avertendam; aut maxime  
 ultrò in judicio interrogaris. Hæc ex *Laymanno*  
*l. 4. tr. 3. q. 7.* in reverentiam divini Nominis



Quamvis sciam, tali juramento valorem, & obligationem denegare alios cum *Azorio tom. 1. l. 11. c. 7. q. 2.*

§. IV.

*In Sacramentis.*

**V**alida sunt omni jure etiam ex metu quocunque gravi, ac injusto collata, & suscepta non sicut Sacramenta omnia, excepto matrimonio. Quia hoc solum essentialiter in contractu consistens requirit consensum promissorium ad inducendam obligationem justitiæ: reliqua Sacramenta solum requirunt consensum voluntarium in opus præsens. Validè ergo baptizatur metu gravi, & injusto impulsus: obligatur autem ad fidem Christi & obedientiam Ecclesiæ, non vi alicujus consensûs injustè extorti, sed vi absoluti juris divini, quo adultus tenetur suscipere fidem Christi sufficienter propositam, & in ea obedire Ecclesiæ etiam antecedenter ad Baptismum, vel in casu, quo Baptismus suscipi non posset. *Qui creditur, & baptizatus fuerit, &c.* Validè suscipit Ordinem sacrum metu gravi, & injusto adactus: ac non obligatur voto castitatis, vel debito Horarum, ut n. 57. dictum. Valida est absolutio Sacramentalis metu gravi, & injusto extorta: quin jure naturæ etiam valida videtur similis extorta absolutio ab excommunicatione, interdicto &c. sed meritiò invalidata est ab Ecclesia *c. un. de his, quæ vi. in 6.* Valida denique est etiam sententia alioquin justa Judicis, etsi metu gravi, & modo injusto extorta, cum nihil ad valorem desit. At quid de

59

Q dispens-

THEOL. MORAL. PARS I,

Q



dispensatione, collatione jurisdictionis, beneficii privilegij &c. simili metu gravi, & injusto extortis: Invalida esse, sequitur ex nostra assertione hactenus declarata. Valida esse è contra, docent Sanchez, & alij adversarij, nec improbabiler, & teor. Lege Card. De Lugo tom. 2. de Justitia disp. 22. sect. 7.

## SUBSECTIO IV.

### De Concupiscentia.

#### SUMMARIUM.

60. Concupiscentia est passio, vel motus appetitus sensitivi bonum delectabile prosequentis, aut malum fugientis.
61. Alia est antecedens, alia consequens.
62. Nulla concupiscentia seu passio, sive antecedens, sive consequens, reddit actum involuntarium.
63. Sed potius voluntarium imperfectum, seu spontaneum auget.
64. Voluntarium verò perfectum, ac liberum minuit, quandoque omnino aufert.
65. Antecedens quidem effectivè, subsequens verò à priori, & notificativè.

60 **C**oncupiscentia hoc loco dicitur passio, vel motus appetitus sensitivi prosequentis bonum delectabile: ut amor, desiderium, spes, audacia, gaudium, seu voluptas, & delectatio: aut contra fugientis malum oppositum: ut odium, fuga, timor, desperatio, tristitia, &c. maxime. De his consulenda Philosophia Aristotelis de anima. Ad propositum solum diligenda est



*Concupiscentia, seu Passio antecedens, & consequens.*

**A**ntecedens passio dicitur, quæ ex sola apprehensione objecti delectabilis, vel contrarij, absque ulla deliberatione intellectus, vel consensu voluntatis exsurgit, vel durat in parte sensitiva: ac proinde sic secundum se nec meriti, nec demeriti, seu peccati capax est. *Consequens* passio dicitur, quæ deliberato arbitrio, & consensu voluntatis, vel jam excitata admittitur, vel etiam ex proposito excitatur, ut ad promptiorem seu intensiorem operationem deserviat. Sunt enim passiones velut animæ calcaria, & cotes, quibus humanæ actiones concitata magis vigent, & fervent sive ad bonum, sive (quod frequentius) ad malum. Videndum hic solum generatim, quomodo ejusmodi passiones se habeant ad voluntarium, seu liberum in actibus humanis: particularia differimus tractanda *infra c. 6. de peccatis internis tot.*

61

**ASSERTIO IX.**

**C**oncupiscentia, seu passio quacunque antecedens, vel subsequens non reddit actum involuntarium: sed voluntarium quidem imperfectum spontaneum auget: voluntarium verò perfectum, ac liberum minuit, & quandoque omnino aufert. Communis Doctrina ex Arist. sæpè citato D. Thoma I. 2. q. 6. a. 7. Scoto in 4. d. 29. & alibi.

§. I.

**N**on reddit actum involuntarium. Ratio manifesta est. Quia involuntarium est, quod fit

62

Q 2

à pri-



à principio extrinseco, aut saltem contra inclinationem voluntatis, seu cum nolitione, aversione, displicentiâ, ac quâdam tristitiâ illius: at quod fit ex passione concupiscentiæ, simpliciter fit à principio intrinseco, & secundum inclinationem voluntatis naturaliter scil. inclinatæ in appetitibus appetitûs sensitivi, & tantum abest, ut fiat cum nolitione, vel aversione voluntatis, quin potius ejusmodi passiones superent, & absorbeant nolitiones, & aversiones voluntatis, alioquin cum opere bono, vel malo conjungi solitas, ut experientia notatum est præsertim in iracundis, ac libidinosis, ergo &c.

## §. II.

63 **V**oluntarium imperfectum, seu spontaneum auget potius. Quia illud est, quod fit à principio intrinseco ex prævia cognitione: Atque passio concupiscentiæ, voluptas, ira, &c. non solum non impedit, sed potius trahit voluntatem ad principium intrinsecum majori cum impetu ferri in objectum concupitum, juxta illud Jacobi: *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus.* Neque ejusmodi passiones turbant, vel impediunt rationem, quantum ad cognitionem objecti concupiti, quin potius alliciunt, continent, & occupant intellectum in consideratione solius objecti concupiti, eumque impediunt, & turbant, quantum ad deliberationem, & considerationem oppositorum, ut notum est: ergo auget potius voluntarium spontaneum. Sed contra, eo ipso



§. III.

**V**oluntarium perfectum ac liberum minuit, 64

& quandoque omninò aufert. Ratio jam patet. Quia liberum consistit in indifferentiâ voluntatis ad volendum objectum, propositum nimirum ab intellectu cum indifferentia sub mixta ratione boni, & mali: atqui experientiâ notissimum est, quòd passiones illæ concupiscentiæ. I. Et impediunt intellectus de liberationem, & iudicium indifferens, ac faciunt, quòd intellectus magis aestimet, ac ponderet rationes, ac motiva pro parte concupita: minùs verò ponderet, ac velut cæcutiat circa rationes in oppositum: imò potest vehementissima passio concupiscentiæ, vel iræ adeò intellectum perturbare, & solâ objecti concupiti consideratione occupatum excæcare, ut non possit omninò deliberare, considerare, vel apprehendere rationes in oppositum, ut fit in furiosis, vel ebrijs. II. Et consequenter etiam impediunt, & quandoque omninò tollant indifferentiam voluntatis ad volendum, & nolendum, sed omninò fortius inclinent, & trahant ad partem concupitam, & quandoque toto impetu, & quasi merè naturaliter rapiant in illam partem: ergo passiones illæ semper impediunt, & quandoque etiam omninò auferunt voluntarium perfectum, ac liberum: & consequenter etiam proportionaliter minuent, vel omninò tollent culpam, seu peccatum, sicut è contra etiam virtutis meritum circa objectum bonum. Ut notat etiam *Layman. hic c. 5. in fine.* Et jam communis persuasio est, minùs liberè egisse,

Q 3

se,



le, minùs deliquisse, aliquâ veniâ dignum esse, quâ  
aut aliorum persuasione, vel blanditijs, aut  
propriâ gravi passione, vel tentatione victus  
malum consensit: peccato infirmitatis potius  
quàm malitiæ.

## §. IV.

65 **C**oncupiscentia, seu passio consequens, nimirum  
voluntariè excitata, vel accepta à voluntate  
precedentem, excitantem, vel admittentem, effectus  
est, non causa voluntarij, ideóque effectus  
non auget, nec minuit illud: dicitur tamen augere  
voluntarium, & consequenter peccatum à peccato  
riori, & notificatoriè, ut optime explicat D. Thomas  
I. 2. q. 77. a. 6. dicens: *Signum est magnitudinis  
ejus. (peccati) Quia demonstras intensiorem  
voluntatis ad actum peccati: quo sensus  
est: quod quanto quis majori libidine  
concupiscentiâ peccat, tanto gravius peccat.* Hæc  
Sanctus Doctor. Eadèmq; est ratio quoad actum  
bonos & virtuosus: ut si excites in te magnam  
misericordiæ affectum, quò abundantius succurras  
egenis: aut contrà concites magnum odium  
vel iram, quò atrocius invadas inimicum. Quod  
verò passio subsequens voluntaria referatur rursus  
ad alios actus subsequentes, jam evadit passio  
precedens, & ut talis se habebit respectu actuum  
sequentium, à voluntate antecedente non inter  
torum, sed vi passionis ipsius caulatorum  
juxta dicta superius.